Gross
Coll.
GSMgmt.
Lib.
K
50
152832

Schele

Dissertatio de instrvmento assecvrationis, vvlgo polizza

The
Robert E. Gross
Collection
A Memorial to the Founder
of the
*Lockheed Aircraft
Corporation*
Business Administration Library
University of California
Los Angeles

Ri. 22. Num. 6

IOHANNIS WERLHOFII ICTI

IN ACAD. IVL. ANTECESS. PRIMARII FACVLT. IVR. SENIORIS ET T. T. DECANI

DISSERTATIO DE

INSTRVMENTO ASSECVRATIONIS VVLGO POLIZZA

QVAM PRO GRADV DOCTORALI P. P.

MARTIN LVCAS SCHELE, HAMBVRG.

D. XXIII. SEPTEMBR. MDCCVII.

ACCEDVNT

I. INSTRVMENTA ASSECVRATIONIS GERMANICA.

II. HERMANNI v. d. HARDT, PROF. HELMST. DE GERMANA POLIZZAE ORIGINE, EPISTOLA.

III. MICHAELIS RICHEY, PROF. HAMB. IN EAM ANIMADVERSIONES.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA
MDCCXXXVI.

P. 228.

KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

PROGRAMMA
A
PRAESIDE DISSERTATIONIS
LECTIONIBVS PRAEMISSVM.

CVm vix quidquam Nobis, ſaluberrimam Iuris et Aequi artem publice profitentibus, ſuauius accidat aut iucundius, quam in erectioris ingenii et inſignioris induſtriae iuuenibus optimis frugifera diſciplinae noſtrae ſemina et ſurculos fertiliter effloreſcere, eo maiori, puriorique in praeſentia voluptate perfundimur, quando ad maturas iam, copioſasque fruges inſtitutionis noſtrae felici cultu perducti Iurium Candidati exemplum eximium publico veſtro *in praeclaris ſtudiis Commilitones*, conſpectui exhibere licet. Notus is Vobis omnibus, non licentioris vitae, non transacti per ignobile otium temporis, ſed virtutis, ſed diligentiae, in priuatis, publicisque ſcholis, in eruditis diſputationibus ac congreſſibus, commilito, MARTINVS LVCAS SCHELIVS, Inferioris noſtrae Saxoniae em-

porio longe celeberrimo *Hamburgo*, plurium apud nos per aliquot annos proximos meliorum ciuium dulciſſima patria, oriundus, iam abunde noſtro exploratus tentamine, et rigidius adhuc proxime ſubiturus examen, ex permiſſu et auctoritate Ordinis noſtri, habendis prius, more Maiorum, lectionibus, obtinendae propediem ſummos in vtroque Iure honores facultati praeludet. Quandoquidem ita Maiores noſtri exiſtimauere, ita horum, et nos veſtigiis inhaerentes, quidquid rebus propria ſua indole omnino eximiis, et ſincerae illarum per ſe aeſtimationi, temporum, hominumque vitia, et, ſecundum iſta, opinio, ſenſim ſequius adfricuerint, arbitramur, mactandum in Iure noſtro honoribus, niſi eos qui mereatur, neminem, verae, non fucatae, illis doctrinae praemiis ac documentis; optimoque exinde inſtituto eos demum Candidatos admittimus, quos vel publico iam tum munere, aut fori vſu, probatos conſtat, vel ſine praeſide diſputatio, aut lectionum denique palam omnibus, quibus volupe, audientibus, non tam longum, quam bonum exercitium ad maiora aptos oſtendunt. Facietis ergo, *Fautores Iurium, Cultoresque optimi, ornatiſſimi*, rem et ordini noſtro vniuerſo gratam, et Clariſſimo Candidato longe omnium gratiſſimam, ſi ad *Lectiones* Eius *de nobilioribus actionibus realibus*, materia, cum quotidie iſtis forum perſtrepat, vtili procul dubio ac fructuoſa, *in* meis (DECANI) *aedibus, Iouis die, hora decima matutina*, auſpicandas, frequenti ac copioſo numero confluentes, beneuolum erga Eundem animum, luculento iſthoc indicio publice conteſtabimini; iuuabitque, vt ſaepenumero vis praeſentior ac viuidior in exemplis, quam in praeceptis eſt, nobili alienae virtutis ſpecimine ad egregios quosque conatus proprios, et de rectis ſtudiis, eorumque profectibus, praeclara certamina, honeſtiſſimo ardore accendi. P.P. in Acad. Iul. XI. Sept. A.C.DCCVII.

I. N. I.

I. N. I.

PROOEMIVM.

IVris Romani, quod per excellentiam Ciuile audit, aut materias quasdam ſingulares ſibi illuſtrandas ſumere, aut leges, aliaque in illo peregrinae legislationis theſauro recondita operoſe excutere ac ſcrutari plerumque ſolent, qui Diſſertationem, quam vocant, Inauguralem in Academiis hodie moliuntur. Quorum tantum abeſt, vt inſtitutum improbem, vt potius omni laude dignum exiſtimauerim; praecipue ſi quaedam aliis praetermiſſa, aut non ea, qua decet, cura tradita, in medium proferant. Sed nec nobis, vt puto, vitio illi vertent, quod materiam aliquam ex Iurisprudentia Mercatoria deſumtam, quaeque non raro partes collidit, ſpeciminis loco proponere maluimus. Si exemplis locus eſſet, plurimos adducere poſſem, qui hanc partem Iurisprudentiae enucleare, non ſolum ex vtilitate publicae rei aeſtimauere, ſed etiam eorum obſcurae diligentiae praetulerunt, qui nihil rectum putant, niſi quod Romani Iuris ſubtilitates redolet. In pleriſque quidem partibus Ius Romanum ſingularem prae ſe fert aequitatem a), ob quam forte et apud pleraſque moratiores gentes ſe commendauit. b) Sed *Wisbyenſium*, *Oleronenſium*, *Hanſeaticarum* item *Ciuitatum* Ordinationes de re nautica prudentiſſime conſtitutae non minus ob eandem rationem multarum quoque gentium meritae fuerunt applauſum. c) Ne quid dicam de *Conſulatu Maris*, qui *liber* eſt, BOECLERO iudice, d) *nunquam ſatis laudandus, ſi argumenti nobilitatem, copiam, vſum ſpectemus. Quem Latina veſte indutum conſpici* arbitratus eſt *intereſſe*. Con-

ſcriptus eſt hic liber lingua Italica, in quem relatae ſunt *Conſtitutiones Imperatorum, Graeciae, Alemanniae, Regum Francorum, Hiſpaniae, Syriae, Cypri, Balearium, Venetorum.* e) Typis vero exſcriptus Venetiis anno 1564. in 4to, iterumque an. 1612. Nec ita pridem an. 1704. eius editio Lugduni Batauorum in 4to iterata, addita eius verſione Belgica, atque annotationibus vtiliſſimis. Quod ſi tamen haec aequitatis vtilitatisque in Republica paritas aliquos mouere nequit, quo minus hanc Iurisprudentiae partem accuratiori examine non indignam eſſe iudicent, ſane tot, ac tanta celebria ICtorum, qui in hac materia deſudarunt, et quorum veſtigia in hac noſtra diſſertatione non raro ſecuti ſumus, SANTERNAE, STRACCHAE, GROTII, STYPMANNI, LOCCENII, KVRICKII, MARQVARDI, B. Dn. LANGERMANNI noſtri, aliorumque f), illos nomina mouere debent. Sed miſſa otioſa illa ſtudiorum comparatione, ac vberiori Iurisprudentiae Mercatoriae commendatione, ad ipſam potius rei tractationem me conuertam. In qua, ſi quid a me, patria procul, eius moribus contrarium, ſi quid vlli veritati diſſentaneum dictum eſt, id quaſi non dictum eſto.

a) GROT. *Epiſt. 156. ad Gallos.*

b) vid. excellentiſſ. Dn. HOMBORGII Praeceptoris noſtri ſummopere colendi *Praelect. ad Inſtitt.* p. 14. §. 10. Iung. quoque Dn. THEODORI PAVLI, ICti et Prof. Primarii in Academia Regiomont. Tract. *de veris Iuris et Iurisprudentiae Principiis*, Part. 2. quaeſt. 47. per tot.

c) *Us et Couſtumes de la Mer*, par CLEIRAC pag. 1. et ſeqq. (editionis eius, quae Burdigalae (a Bourdeaux) an. 1661. in 4to auctior prodiit) ſub rubrica: *De l' Isle d' Oleron, et des Jugemens ſurnommés d' Oleron, des Ordonnances de Wisbuy, et des Reglemens de la Hanze Teutonique.*

d) in *Commentar. ad Grot.* praef. p. 27.

e) GROT. *de I. B. et P.* l. 3. c. 1. §. 5. n. 4. in not.

f) Iung. BENEVENVTI STRACCHAE aliorumque Iurisconſultorum *de Mercatura Deciſiones et Tractatus varii*, Amſtelodami an. 1669. in fol. editi.

SECTIO

SECTIO PRIMA
DE CONTRACTV ASSECVRATIONIS IN GENERE.

I.

DE ſcriptis auertendi periculi, quem Aſſecurationem vocant, contractus formulis acturus neceſſum eſſe duxi, quaedam in genere fundamenti loco praemittere de Aſſecuratione, vt eo melius nonnullis difficultatibus obuiam iri poſſit.

II.

Aſſecurare a), ſequioris ſeculi verbum, (omiſſa varia eius acceptione) vi vocis nihil aliud ſignificat, quam aliquem reddere ſecurum in aliquo negotio, quod periculo expoſitum eſt.

a) Conf. DVFRESN. hac voce.

III.

Dictus inde Aſſecurationis contractus apud Romanos haud perinde cognitus fuit, quanquam ſimile quidquam apud eos et antiquiſſimis temporibus iam obtinuit, quemadmodum ex locis a CVLPISIO a) adductis, et ex ipſo GROTIO b) apparet. Vt propemodum mirer, quare CVLPISIVS c), alias tam egregie Grotiana dogmata contra iniquos eius cenſores defendens d), GROTIVM a ſe diſſentire dicat, cum GROTIVS e) tantum doceat, olim vix, id eſt, non, vt nunc, ſiue recentiori aeuo, quo inter receptiſſimos eſt, ſpecialique Aſſecurationis nomine inſignitur, contractum hunc fuiſſe cognitum, non vero ſimile quidquam, et apud veteres in vſu fuiſſe neget f). In CORPORE IVRIS CIVILIS veſtigia quoque huius negotii paſſim extant g): nomen ignoratum.

a) in *Colleg. Grot.* Diſp. 6. ad l. 2. c. 12. §. 6. in not. lit. y. conf. quoque LOCCEN. *de Iure Marit.* l. 2. c. 5. §. 2.

b) L. 2.

b) L. 2. *de I. B. et P.* c. 12. §. 23. in not. ad verb. *aſſecurationem.*
c) cit. loco.
d) conf. Magnif. Dn. PRAESID. Programma Diſput. Grotian. an. 1700. praemiſſum. §. *qui diſputando.*
e) L. 2. *de I. B. et P.* c. 12. §. 3. n. 5. in f.
f) vt collatio loci ſub *lit. b.* laudati oſtendit.
g) vid. *l.* 5. pr. *de naut. foenor. l. 26. §. 1.* verſ. *in traiectitiis autem contractibus C. de vſuris.*

IV.

Nonnulli a) ad ſeculum demum XIV, alii ad vetuſtiora ſecula originem referunt. Et, vt multo forſan antiquiora b) initia fuerint, ſeculo tamen XV c) circiter ac deinceps hunc contractum maxime frequentari coepiſſe, propius forſan vero eſt, propriumque exinde nomen eidem inditum.

a) Dn. HERTIVS l. 1. *de Paroem. Iur. Germ.* paroem. 43. §. 7.
b) add. infr. ſect. 2. §. 7.
c) conf. STYPMANNVS part. 4. *de Iure Marit.* c. 7. n. 9. et ſeqq. p. 103. vbi ante annos ducentos (ſcripſit autem hunc librum, poſt mortem ipſius curante *Fritzio* an. 1652. editum, ſeculo XVII.) nec multo longius inter Italos, poſtea Hiſpanos coepiſſe, inde poſtea ad Belgas transmigraſſe, vt propinquius veritati, amplectitur illuſtr. RHET. Diſſert. *de Verſura* c. 4. §. 1.

V.

Quodnam *genus* ei contractuum aſſignandum ſit, valde inter Doctores controuerſum, quorum varias ſententias recenſet B. Dn. LANGERMANNVS noſter, a) hancque quaeſtionem Caeſarea deciſione dignam eſſe putat MARQVARDVS b). Quantum mihi videtur, hae ſcrupuloſitates non adeo magni ſunt momenti, nec immerito noſtrum hic facimus illud GROTII, c) quod ius Naturae pleraque contractuum diſcrimina ignoret, ad quod tamen in decidendis mercatorum controuerſiis maxime reſpiciendum, et leuato, quod aiunt, velo, hae cauſae cognoſcendae ſunt d).

a) *de Iure in Curia Mercat. vſitato* §. 91. it. STYPMANN. d. p. 4. c. 7. n. 21. pluribusque ſeqq. p. 104. et ſeqq.

b) *de*

b) *de Iure Mercat.* l. 2. c. 12. n. 1.
c) L. 2. *de l. B. et P.* c. 12. §. 3. n. 3.
d) arg. l. 5. *C. de Naufrag.* ibique PECK. p. 402. SANTERNA *de aſſecurat.* p. 3. n. 2. p. 803. STRACCHA in Tr. *quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit.* P. 1. n. 1. p. 473.

VI.

Definitur itaque a nobis (ſalua rectius ſentientium auctoritate) quod ſit contractus Iuris gentium a) nominatus b) nudo conſenſu conſtans c) de periculi rerum et perſonarum, ſiue mari, ſiue terra transuehendarum auerſione pro certo ac definito pretio. Alii aliter d).

a) Senſu nimirum eo, quo pluribus paſſim gentibus vſitati contractus vulgo Iuris Gentium dicuntur; STYPMANN. dict. P. 4. c. 7. n. 187. et ſeqq. Dn. RHET. Diſſert. *de verſura* c. 4. §. 2. conf. tamen STYPMANN. ibid. n. 189. nec quin licitus ſit, ſolida dubitandi cauſa. Add. STYPMANN. d. c. 4. n. 738. et ſeqq. MARQVARD. *de Iure Mercat.* l. 2. c. 13. n. 3. Dn. HERTIVS l. 1. *Paroem.* c. 43. §. 8. Dn. COCCEIVS *de aſſecurationibus* §. 10.
b) quatenus certum, ſpecificumque nomen vſu indeptus. STYPMANN. d. P. 4. c. 7 n. 159. et ſeqq. Dn. RHET. Diſſert. *de verſura* c. 4. §. 3. verſ. *nominatum.* conf. tamen KOCH. *Prax. For. German.* P. 2. p. 158. et ſeq. it. illuſtr. Dn. STRYCK. *de cautel. contract.* ſect. 3. c. 5 §. 37.
c) Illuſtr. Dn. RHET. d. c. 4. *de verſura* §. 3. verſ. *conſenſualem.* B. Dn. PLACCIVS noſter *Supplem. II. ad §. 13. Inſtit. Mandati.* GVIL. GROT. *Iſag. ad Praxin forenſem Batauicam* l. 1. c. 6. §. 31.
d) v. SCHOTTEL. *de antiq. Germ. Iur.* c. 23. § 2.

VII.

Diuiditur aſſecuratio I. quod alia ſit *rerum*, alia *perſonarum;* II. alia *terreſtris*, alia *maritima:* quarum *haec* (frequentior altera) de rebus mari, *illa* de rebus terra transuehendis fit. III. alia *pura*, alia *conditionata*, ratione temporis puta, vel loci, aut caſuum. a) IV. alia *generalis*, i. e. totius nauis, vel omnium mercium, vel tam nauis, quam mercium, alia *ſpecialis*, ſiue ad certam rem, partemue rei determinata. V. alia *in ſcripturam redigitur*, alia *non*, id quod rarius.

a) conf. Dn. HERTIVS l. 1. *Paroem.* 43. §. 6. et add. inf. §. 9.

VIII.

Perſonae, quae in *hoc negotio* conſiderantur, *principales* ſunt *auerſor periculi*, vulgo *Aſſecurator*, quem Belgae *den Verſekerer*, *Aſſeuradeur*, Galli *Aſſeureur* vocant (apud nos Hamburgi vtrumque nomen eſt receptum) et *aſſecuratus*, Belgice, *Geaſſureerde*, Gallice *l'aſſeuré.* Quicunque itaque contrahere, nec ſpeciali lege, vel conſuetudine prohibentur mercaturam exercere, illi poſſunt hunc contractum celebrare. Inter hos, quibus interdictus eſt aſſecurationis contractus, praeter clericos, qui a nonnullis huc referuntur a), ſunt Publicani b), ne res publica, quando eorum bona tam incertis euentibus illigantur, damno afficiatur, in caſu, ſi ſoluendo eſſe deſinant: ipſique nautae, vel aurigae c); ratio quoniam facile aliquid machinari poſſunt, quo periculum promoueant. Perſonae *minus principales* ſiue *miniſtrae* adhiberi ſolent proxenetae d) qui ſolenne iuramentum praeſtiterunt, et intra numerum ſunt, **die ordentliche geſchworne Mäckler.** Quanquam praxis iniuratos etiam, item alias pro re nata perſonas admittit.

a) arg. c. 9. et 10. diſt. 88. iung. ZIEGLER. *de Iure Maieſt.* l. 1. c. 41. §. 15. v. tamen B. Dn. LANGERMANNVS *de Iure in cur. Mercat. recepto* §. 36.

b) ſecundum *Ordin. Antw.* art. 19. Dn. COCCEIVS §. 34.

c) KVRICKE *de aſſecurat.* p. 7. vbi praeter nauclerum, officiarium nauticum, gubernatorem nauis, proretam, naupegum et nautas, aurigas item, curribus praefectos, et vehiculatores, ab aſſecuratione arceri annotat iudices et commiſſarios litibus inde ortis definiendis conſtitutos, eorumque adminiſtros, Secretarios, ſcribas, teloneatores et proxenetas. *Sueciae Regni Ius maritimum* tit. 6. c. 18. §. 1. ibi: *Aurigae et nautae non debent aſſecurare vlla bona nec curare aſſecurari ſuas ſcaphas, currus, trahas, carpenta, vel equos, niſi ad dimidium aſſecurationis illorum.* GROT. *Introd. in Iurisprud. Batau.* l. 3. p. 24. §. *alle Luyden* fol. 81. add. *Ordinat. Antwerp.* art. 29. et *Ordin. Amſtelod.* art. 16. in quibus itidem quoad aurigas hoc quodammodo limitatur.

d) v. l. 3. ff. *de proxenet.* STRACCHA *de aſſecurat.* gloſſ. 39. et *de Proxe-*

Proxeneta P. 1. n. 2. et ſeqq. MARQVARD. *de Iure Mercat.* l. 1. c. 8. n. 51. et ſeqq. Pro opera, für ihre Mühe, daß ſie die *Premie* bey der *Police* bringen, his proxenetis $\frac{1}{8}$ *pro cento* (und nicht mehr) von der gezeichneten *ſumma* adſignat *Conuent. Aſſecurator. Hamburg.* vom 29. Dec. an. 1677. quod mutatum nonnihil per *Conuent.* an. 1683. d. 15. Mai. hoc modo: daß es mit denen Mecklern wegen der *Premie* ſo 2 pro cento und darüber iſt, bey der Vergütung des ihnen verſprochenen $\frac{1}{8}$ pro cento von der gezeichneten *ſumma* verbleiben ſoll, was aber unter 2 *pro cento* iſt, davon ſollen ſie nichts haben.

IX.

Obiectum contractus formale ab Aſſecurantis parte ſuſceptio periculi eſt, quod *vel* certis caſibus auertendum ſuſcipitur a), *vel* generaliter, ſine omni determinatione, et tunc ſub ſe comprehendit omnes caſus fortuitos; ſiue a tempeſtate, ſiue hoſtibus, aliisque modis vſitatis aut inuſitatis contingant b), modo, id quod minimum tutius c), quidam caſus inſoliti non ſint exemti. Ad periculum requiritur, I) vt ſit futurum, minimum quoad intentionem contrahentium, licet reuera merces, vel nauis iam perierint d), quia ſpes in huiusmodi contractibus loco rei eſt e). II) Vt ſit incertum. f) III) Vt ſit extrinſecum, a tempeſtate vel ab hoſtibus ortum; excluditur itaque damnum, quod ex vitio mercium oritur, e. g. ſi vinum acuerit g), quoniam cauſa horum caſuum in ipſis mercibus iam tum, et quaſi ab initio exiſtit h), quin etiam a peritis proſpici poteſt, etſi alios lateat i): quamuis ſi iter extra omnem ſpem prolongetur, tunc hoc in caſu forte aliud ſit dicendum.

Ab Aſſecurati parte eſt praemium, conſtans in certa pecuniae ſumma in hunc finem data, vt, ſi caſus exiſtat, ſors praeſtetur. Vulgo die premie, Belgice, *Verſecker-Loon.* in quo nihil aliud requiritur k), quam vt per conuentionem determinatum ſit, facta computatione, quot thaleri de centum praemii loco dari debeant, e. g. 10. 20. 30. pro centum. Prout enim nauigatio longinqua vel

 breuis,

breuis, et loca pluribus periculis obnoxia ſunt, ita hoc praemium extenditur vel remittitur l). Quae MARQVARDVS m) de eius quantitate tradit, puta quod de Hamburgo verſus Hiſpaniam ordinarium periculi pretium ſint 12. pro centum etc. in praxi non obſeruantur. Quod ſi vero ſine interuentu pecuniae, ſiue praemii, quis periculum rerum transuehendarum gratis in ſe ſuſcipit, proprie non eſt aſſecuratio n) ſed aliud quoddam negotium, obligationem quidem efficacem producens, ſed quod omni ex parte aſſecurationis iure cenſeri nequit.

a) iung. SANTERNA *de aſſecurat.* P. 3. n. 61. p. 809. STYPMANN. *de Iure Marit.* P. 4. c. 7. n. 335. p. 130. et ſeq.

b) conf. l. 18. *pr. ff. commodat.* l. 15. §. 2. *ff. locat.* et iung. *arg.* l. 98. *de legat. 3.* GROT. *Introd. ad Iurispr. Batau.* l. 3. p. 24. §. *onder't gevaer.* verb. *gewoon ende ongewoon.* fol. 81. lat. 2. Dn. COCCEI. §. 12.

c) SANTERNA *de aſſecurat.* P. 3. n. 72. p. 810. MARQVARD. *de Iure Mercat.* l. 2. c. 13. n. 67.

d) *Us et Couſtumes de la Mer*, P. 7. c. 4. p. 249. et ſeqq. B. Dn. LANGERMANN. *de Iure in Curia Mercat. recept.* §. 95 STRACCHA *de aſſecurat.* Gloſſ. 27. n. 2. p. 62. GROT. *Introd. ad Iurisprud. Batau.* l. 3. p. 24. §. *Verzeeckering van Goederen* fol. 81. lat. 2. Dn. HERT. l. 1. *Paroem.* 43. §. 18. *Ordinat. Amſtelodam.* art. 21. conf. tamen Dn. COCCEI. §. 17. et ſeqq.

e) arg. l. 8. §. vnic. ff. *de contrah. emt.* l. 11. in fin. *quibus ex cauſis in poſſeſſ.*

f) Dn. HERT. l. 1. *Paroem.* 43. §. 16. STRACCHA gloſſ. 27. n. 4.

g) arg. l. 15. §. 2. ff. locat. l. 1. pr. ff. *de peric. et commod. rei venditae* l. 6. *C. eod.* iung. KVRICKE *de aſſecurat.* §. *aſt quia* in fin. p. 6. STYPMANN. P. 4. c. 7. n. 318. ſſ. p. 129.

h) Dn. COCCEI. *de aſſecurat.* §. 13.

i) arg. l. 38. ff. *de reb. cred.* ibique GOTHOFR.

k) Hamburgi ſecundum *conuentionem* der *Aſſecuratoren* vom 29. Dec. an. 1677. ſaepius poſtea prolongatam § 1. adiecta poena ſpeciatim requiritur, daß die *Praemie* bey Unterſchreibung der *Police* alſobald mit *contant* Geld und keine *Aſſignation*, offenſtehende Rechnung, oder was Nahmens ſonſten haben möge, bezahlet werde. Repetitumque id in *conuent.* an. 1697. den 17. Mart. §. 6. his verbis. Weilen in dem Vergleich von Anno 1677. die *premie contant* zu empfangen und zu bezahlen, bey Straffe 100 Rthlr. durch den *Aſſeuradeur* zu zahlen geſchloſ=

beſchloſſen, wird ſelbes hiemit nochmahls wiederholet, und wer bey Zeichnung der *Police* das Geld nicht gegenwärtig empfänget, ſoll in vorgemeldte Straffe vor hieſige Armen-Häuſer verfallen ſeyn.

l) STYPMANN. *de Iure Marit.* P. 4. c. 7. n. 354. ſſ. p. 132.

m) l. 2. c. 13. n. 69.

n) arg. l. 38. *de contr. emt.*

X.

Obiectum materiale ſunt res et perſonae; *res* vel ſunt merces, vel ipſa nauis. In *mercibus* requiritur I. vt in communi ſermone mercium nomine veniant. Inde nonnulli a) excludunt pecuniam, licet praxis contrarium teneat. II. Vt ſint in commercio priuatorum. III. Vt exportari non ſint prohibitae; inde bona illa, quae vulgo *contrabande*, aſſecurari nequeunt b). IV. Vt res reuera naui ſint illatae. c). V. Vt non ſint minoris quantitatis, et qualitatis, quam ſub initium contractus aſſecuratus dixit, alias non effugiet ſuſpicionem doli. VI. Vt lege vel conſuetudine res quaedam non ſint exemtae ab hoc contractu, vnde paſſim excluduntur cibaria, vt quae facile vel natura ſua corrumpuntur d), item ſtipendia militum, et mercedes nautarum e), de quibus rationem STYPMANNVS f) adfert, quod haec nondum integra debeantur, antequam finis nauigationi ſit impoſitus, ideoque in taxationem venire nequeant, vel etiam, vt eo diligentiores nautae claſſiariiue milites ſint, ſi periculo illa ſciant obnoxia.

a) Dn. COCCEI. *de aſſecurat.* §. 35. conf. Dn. HERT. §. 19. et vid. etiam *Ordinat. Philippi II.* art. 20.

b) GROENEW. *ad Introd. Grot.* l. 3. p. 24. n. 6.

c) SANTERNA *de aſſecurat.* P. 3. n. 14. ſſ. p. 804.

d) Dn. COCCEI. §. 37.

e) vid *Ordin. Amſtelod.* art. 10. et 11. art. 20. GROT. *Introd.* l. 3. p. 24. §. *men mag alles* fol. 81.

f) P. 4. n. 279. ſſ. p. 126.

XI.

Si *nauis* aſſecuratur, nihil aliud requiritur, quam vt

exprimatur ab aſſecurato, qualis illa et quanta ſit; et tunc omnes res, quibus nauis, ſiue ad neceſſitatem, ſiue commoditatem inſtructa eſt, vna comprehenduntur a). Non vero et merces, naui aſſecurata, ſimul regulariter aſſecuratae videntur b). Limitationes vide ſis apud MARQVARDVM c).

a) vid. *Us et Couſtumes de la Mer* P. 2. c. 15. p. 248. et ſſ.
b) SANTERNA *de aſſecurat.* P. 4. n. 69. ſſ. p. 821.
c) *de Iure Mercat.* l. 2. c. 12. n. 22.

XII.

Perſonae, quae obiectum materiale huius contractus conſtituunt a), vel *liberae* ſunt vel *ſeruae* b). Seruitutis vero vocabulum hic late ſumimus, vt tam proprie ſic dictos ſeruos, quales apud nos ſunt Turcae in bello capti, quam alios etiam, qui reſtricta libertate vtuntur, e.g. homines proprios, complectatur. Plane nonnullis locis vitam hominis aſſecurare prohibitum, vt Antwerpiae et Amſtelodami c). Quid ſi itaque ex corporis infirmitate ſiniſtri quippiam alicui contingat, e. g. quod nauigationi non aſſuetus ſit, aut ſi alias mortem naturalem aſſecurata perſona obeat? priori caſu teneri aſſecuratorem putem, quia hoc eſt caſus fortuitus nauigationis occaſione prouemiens; poſteriori non, quia hoc etiam eueniſſet mare non traiicienti: quamuis hodie plerumque in caſum captiuitatis tantum perſonae aſſecurantur d).

a) SCACC. *de Commerc.* §. 1. q. 1. n. 292. et §. 3. gl. 3. n. 51. STRVV. c. 6. *Deciſ. Sabbat.* 10. MASTRILL. *Deciſ.* 285. n. 2. ſſ. KVRICKE *de aſſecurat.* §. *quinto*, *aſſecurationes*, verſ. *Hodie tamen* p. 10. Dn. HERT. §. 20.
b) *Us et Couſtumes de la Mer* P. 2. c. 16. §. 1. p. 325.
c) *Ordinat. Antwerp.* art. 32. *Ordinat. Amſtelod.* art. 24. *Ordin. Middelburg*, art. 2.
d) Iung. *Us et Couſtumes de la Mer* d. c. 16. §. 2. p. 326.

XIII.

Perfici hunc contractum, quia conſenſualis eſt, vt ſupra diximus a), contrahentium *conſenſu* ſequitur. Atque

que opus eſt vtique tam aſſecurati quam aſſecuratoris conſenſu, vel *expreſſo*, verbis puta ore prolatis, aut per ſcripturam, itemque per nuntium, (ſiue is ſit inſtitor, ſiue proxeneta) declarato, vel ſaltem *tacito*, vbi a parte aſſecuratoris ſufficit, ſi praemium accipiat, licet polizzae non ſubſcribat, a parte aſſecurati vero, ſi alteri polizzam domum mittat. Aeſtimari tamen res, quae aſſecurantur b), ante diſceſſum debent c), vt ſciri poſſit, quantum contingente caſu aduerſo aſſecuratorem aſſecurato reſtituere oporteat, maximeque id neceſſarium eſt, quando homines, iique liberi, aſſecurantur, quorum regulariter nulla aeſtimatio d) et nec hodie, vt mihi quidem videtur, vita illorum vere aeſtimatur, ſed ſaltem commoda et damna, quae ab illius breuitate pendent, ſubiacent aeſtimationi e). Tum vero ſemper aliquam nauis, merciumue aſſecuratarum pars expers aſſecurationis relinquenda eſt, quae pars exemta f) in Belgio Hiſpanienſi, et apud Amſtelodamenſes per publicas ſanctiones ita determinata eſt, vt pars minimum decima, *het thienſte part oft deel van de waerde van deſelve Koopmanſchafft nar advenant, dat die gekoſt mag hebben*, vt *Amſtelodamenſis Ordinatio*, et *Middelburgenſis* efferunt, aſſecurato ſalua eſſe debeat, *blivende ten minſten tien ten hondert tot reſicq, perikel en avanturen van denjenen, die laet doen verſekern.* Poſſunt etiam pacta huic contractui accedere, de quibus STYPMANNVS. g) Quae autem in genere conuentionibus ſiue publicis, ſiue priuatis obſtant h) et huic contractui oberunt.

a) §. 6. lit. c.

b) vid. ſupr. §. 10. et 11.

c) v. STYPMANN. P. 4. c. 7. n. 344. et ſſ. p. 131. et ſeqq.

d) l. 2. §. 2. verſ. *corporum ff. de lege Rhod. de iactu.*

e) Iung. l. 3. in fin. *ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat.* Ibique BRVNNEMANN. n. 1. et conf. Dn. COCCEI. *de aſſecurat.* §. 39.

f) vid.

f) vid. *Ordinat. Antwerp.* art. 2. *Ord. Amſterod.* art. 2. *Ordinat. Middelb.* art. 3. GROT. *Introd. ad Iuriſprud. Batau.* l. 3. p. 24. n. 7. et 8.
g) d. P. 4. c. 7. n. 384. p. 135. et ſeq.
h) conf. Magnif. Dn. PRAESID. Diſſ. *de pactis liberarum gentium* §. 20. ſſ. et §. 31. ſſ.

XIV.

De *fine* planum eſt, ad commerciorum vtilitatem a) aſſecurationes tendere, quae praeſertim maritima ob caſus multiplices, non minus ingentibus ſaepe damnis mercatores obruunt, quam quaeſtu vbere locupletant. Quamobrem plures pro re nata in conſortium venire periculi, etiam lucri viciſſim, ſi res proſpere ſuccedat, futuros participes, longe praeſtat, quam ſimul ac ſemel omnia, ingentemue bonorum partem aut mercium periclitari. Et ſi qua aſſecuratoribus fortuna aduerſatur, iacturam, quam inde faciunt, laetiora alibi fata compenſare poterunt.

a) conf. inf. Sect. 2. §. 8. poſt lit. d.

XV.

Effectus in obligatione et actione conſiſtit. Obligatur *Aſſecuratus* I) ad praemium promiſſum integrum ſoluendum. II) ad praeſtandas vſuras ob moram debitas. III) vt praeſtet dolum et leuem culpam a). Inde 1. poſtquam nauis ad deſtinatum locum peruenit, curare debet per ſuum mandatarium, ſi ipſe non adeſt, vt quam primum potuerit, merces ſecundum mores cuiusuis ciuitatis exponantur. b) 2. operam dare debet, vt ſi forte merces mari immerſae ſunt, extrahantur et ſiccentur, vel ſi captae, dato lytro, reluantur c). IV) Denunciet aſſecuratori, ſiue ipſe, ſiue per publicam perſonam, quale et quantum periculum acciderit d). V) Si damnum non quidem totale, at momenti tamen alicuius datum eſt, per publicas perſonas hoc taxari curet e) et ſecundum proportionem ſortis aſſecuratae diſtribui, ita quidem, vt ipſe aſſecuratus in parte non aſſecurata partem faciat: quae diſtri-

diſtributio, et inde pendens contributio a parte aſſecuratoris, vocari ſolet *Aueria*, die *Hauerie.*

a) arg. l. 5. §. 2. *ff. commod.* l. 23. *de R. I.* iung. illuſtr. COCCEI. in diſſ. *de aſſecurat.* §. 45. vbi diſſentientes pro more ſuo i. e. erudite refutat.

b) conf. GROT. *Introd.* l. 3. p. 24. §. *Den Coopmann.*

c) add. Dn. COCCEI. d. §. 45. verſ. *Sed nec aſſecuratus.*

d) GROT. d. l. §. *den verſeekerde.*

e) Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg an. 1693. 9. Febr. So der See-Schade auf Gütern ſich befinden möchte, weilen die *general Hauerie*, ſoweit daſſelbe betrifft, abgeſtellet wird, ſo ſoll zwar der *Taxadeur* vor als nach ſolchen befindlichen Schaden taxiren. Und wenn es denen *Aſſecuratoren* hernach gefällig, können ſie ſolche *taxation* beſichtigen, jedoch ſoll daſſelbige innerhalb 2 à 3. Tagen geſchehen, wo nicht, bleibet es bey der *taxation* des ordentlichen Taxadeurs, und was alsdenn an Schaden gefunden, ſich ſolches gefallen zu laſſen, und denen *Geaſſeurirten* pro rato ihrer gezeichneten Summen gut zu thun, und zu bezahlen gehalten ſeyn wollen.

XVI.

Aſſecurator vero aſſecurato *obligatus* eſt ſecundum proportionem ſortis, cuius periculum in ſe ſuſcepit: et quidem, ſi res plane periit, in totam, ſi vero aliquid detrimenti duntaxat (modicum regulariter non attendi ſolet) a) paſſa eſt, ſecundum proportionem ſortis, et, quod contingit, periculi. Partem tamen ſortis e. g. 1. 2. aut 3. pro centum (Hamburgi duo) b) ſi, poſtquam ipſi periculum denunciatum eſt, eam ſtatim praeſtare paratus eſt, in plerisque locis aſſecuratori licet detrahere. Durat vero regulariter hoc periculum de littore in littus c), non de portu ſolum in portum, quemadmodum olim in traiectitia pecunia d).

a) v. *Ordin. Antw.* art. 25. ſecundum *Conuentionem* der *Aſſecuratoren* in Hamburg vom 29. Dec. 1677. §. 1. diſerte in der *Police* exprimendum eſt, wann die Auaria nicht über 3. *pro cento* läufft, daß der *Aſſecurator* dieſelbe nicht zu bezahlen ſchuldig ſeyn ſoll.

b) Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg d. an. 1677. §. 3. wann Schade fället, denſelben von der Zeit ab, der behörliche Beweiß davon eingebracht, in 2 Monath völlig, oder mit Kürtzung 2 *pro cento* alſobald zu bezahlen.

zahlen. Confirmatum id per *Conuent.* an. 1697. 17. Mart. §. 2. verb. und ſo innerhalb 2 Monath von dem dato an, daß die Anforderung geſchehen iſt, die Zahlung nicht erfolget, ſollen die 2 pro cento nicht gekürtzet werden.

c) GROT. *Introd.* d. p. 24. §. *de Verſekering.*

d) l. 1. C. *de Naut. foenor.*

XVII.

Actio, quae *aſſecuratori* competit, conſiſtit in eo, vt agat contra aſſecuratum, eiusque heredes, ad conſequendum praemium a) et, ſi moras nectat, ad intereſſe; non vero datur contra tertium poſſeſſorem, ad quem merces vel nauis peruenit b). Ceſſat autem, ſi propter caſum fortuitum nauis non poteſt exire portu, non item ſi merces fuerint publicatae ob crimen domini c). Competit quoque aſſecuratori eo caſu, quo in ſubſcriptione Polizzae ſibi praemium eſſe ſolutum confeſſus eſt, quod non accepit, *exceptio non numeratae* pecuniae intra 30. dies e). Interdum etiam *condictio indebiti*, ſi caſus aduerſus non fuerit ſecutus e).

a) arg. §. 1. *de action.* B. PLACCIVS *de actionibus Part. poſter. ſect.* 1. *action.* 127. KOCCHII *Praxis forenſ.* Part. 2. p. 158.

b) arg. l. 1. § 16. *ad SCtum Trebell.* iung. *Conſult. Holland.* P. 1. conſ. 282.

c) SANTERNA *de aſſecurat.* P. 3. n. 22. p. 805.

d) arg. l. 14. §. 2. *C. de non numer. pecun.*

e) *Deciſ. Rot. Gen.* Deciſ. 3.

XVIII.

Aſſecurato datur triplex actio I) contra aſſecuratorem, eoque mortuo, aduerſus eius heredes a), ad conſequendam, vbi res periere, totam ſummam in conuentione expreſſam, vel eius partem, ſi tantum aliquid damni contigerit b). Et haec ita, cum ex culpa aſſecurati periculum haud profluxit, ſecus, vbi a recto nauigationis curſu, vel ad loca minus tuta aut inſolita, deflexum, nauisue ob vetitarum vecturam mercium fiſco addicta eſt c). II) Aſſecuratus contra aſſecuratorem, ſi forte de non ſol-

uendo

uendo ſuſpectus ſit, agere poteſt, vt cautionem praeſtet d). III) Ad reſtitutionem praemii iam ſoluti, vulgo *reſtorno*, intra menſes quatuor e), quando Aſſecurator a periculo vacuus, e. g. ſi aſſecurato a factore ſuo merces miſſae non fuerint, vel ipſe merces aut nullas, aut pauciores, quam aſſecurari curauit, in nauim immiſerit, vel ſero nimis nauclero tradiderit. ſed relinqui tamen his caſibus Aſſecuratoribus debet ½. pro centum f).

a) *Deciſ. Rot. Gen.* 102.
b) conf. B. PLACCIVS *de aſſecurat.* Part. poſter. ſect. 1. action. 128. KOCHII *Prax. forenſ.* P. 2.
c) v. l. 3. *C. de naut. foen.* et BRVNNEMANN. ibi. SANTERNA *de aſſecurat.* P. 4. n. 16. et ſeq. arg. l. 62. §. 2. *ff. de contrah. emt.*
d) LOCCEN. *de iure marit.* l. 2. c. 5. §. 8. in fin.
e) *Ius marit. Philip. II.* p. 3. t. 1. art. 16.
f) art. alleg. *Ordin. Amſtelod.* art. 22. §. *item ſo wanner.*

SECTIO SECVNDA
DE POLIZZA.

I.

Aggredimur nunc ipſum illud *inſtrumentum aſſecurationis*, quod ſtilo mercatorum *Polizza* vocatur, de quo pro inſtituti ratione diſſertaturi morem illorum haud adeo illaudabilem ſequemur, qui, antequam in ipſa rerum adyta penetrant, oſtium quaſi pulſant, et in limine aliquantiſper haerentes *Etymologiam* obiecti ſui excutiunt. Eſt enim etymologia a) *clarum rei ſignum, et obſcura definitio, multamque* b) *in ſe eruditionem continet:* adeo vt c) *principium eruditionis eſſe vocabulorum conſiderationem* SOCRATES dixerit.

a) EMAN. THESAVR. *Idea argut. et ingen. dict.* c. 1. p. 3.
b) QVINTILIANVS l. 1. *de inſtit. orat.* c. 6. vbi et neceſſarium aliquando habere vſum docet.
c) EPICTET. ap. *Arian.* l. 1. c. 17.

II.

Non poſſumus tamen ante omnia circa *orthographiam* huius nominis intactum relinquere, quod iam per ſimplex z *Poliza*, iam per duplex zz *Polizza* ſcribatur, quae poſtrema ſcribendi ratio etiam iis, qui per ſimplex z ſcriptionem praeferendam cenſent, nihilominus vſitata aut retenta a).

a) Vid. *le Origini della lingua Italiana* del EGIDIO MENAGIO editae Geneuae, 1685. p. 377. verb. *Polizza*, o piutoſto *Poliza* et verb. *come che queſti Signori nella z voglian pure*, *che* poliza *ſi debba ſcriuere*, *qui nondimeno in molti altri luoghi* polizza *ſcriuono ſempre*. conf. tamen *eundem* de pronunciatione et accentu, verb. *il Villani ſcriſſe* Polize *con una z ſola* - - - *ſecondo che richiede la pronuncia: che per due zz avrebbe l' accento ſù la penultima, è direbbeſi* polizza.

III.

Cum vero deriuationes nominum ita ſint comparatae, vt quaedam auctorum circa illas ſententiae magis ſpecioſae, quam verae, quaedam magis verae, quam ſpecioſae deprehendantur, nemo nobis vitio vertet, ſi varias inter opiniones cuiuis liberum relinquamus, vnde originem vocis *Polizzae* deducere velit; modo id faciat cum ratione.

IV.

Ipſum quidem *Polizzae* nomen Italicum. *Polizza breue ſcrittura in picola carta* a). De origine dubitatio eſt. Erudite inprimis MENAGIVS b) a voce Latina *polypticum* deriuat, *coſi*, id eſt, flexo ita paulatim, vt rem accipio, varieque immutato vocabulo: *Polypticum*, *polypticium*, *polipticia*, *politticia*, *Polizza*. Nec obſcure admodum in eandem originem OCTAVIVS FERRARIVS in *Originibus Linguae Italicae* c) digitum intendere videtur voc. *Polizza*, cum Latinam ei, *Polyptica*, adiungit. Quanquam non Latina vere, ſed Graeca vox eſt, πολύπτιχον, Latinis, cum ex Graeco accurate efformatur, ſimili-

ſimiliter exprimenda vel ſcribenda, *polyptichum*, a πτύχες, quo in chartis, rebusque aliis complicari ſolitis plicaturae ſignificantur d). Vnde et Diptycha (Kirchen-Bücher) veterum Chriſtianorum e) dicta. Occurrit etiam vox *Polypticorum*, ratiocinia ibi publica deſignans, in CODICE THEODOSIANO *Leg. 2. de Diſcuſſor. tit. 26. Lib. 13.* vbi add. *Gothofred.* f), et *Leg. 13. de Indulgent. debitor. tit. 28. Lib. 11.* et in Legibus Wiſigothicis, itemque et Francicis, apud Caſſiodorum, Gregorium M. alios; Italos, Francicos, ceteros ſequioris aeui ſcriptores paſſim, eandem vocem *Poliptici*, ſimilesue exinde alias efformatas, frequentari, et libros commentarios, chartasque, tam acta publica, quam priuata, et domeſtica quaeuis continentes illis denotari, pluribus dudum a doctiſſimis viris demonſtratum g). Alii hanc vocem deriuare videntur a Gallico *Police* ſeu Latino potius *Politia* h), quam et ipſam Latina Gallicae mater ex Graeca vocem mutuata eſt. Definitur autem Politia ab ARISTOTELE i), quod ſit πόλεως τάξις, *ciuitatis ordo*, Gallis *reglement de ville.* Vt adeo ſecundum horum opinionem *Police* quaſi regula et norma aſſecurationis dicatur: cui ſententiae fauere quodammodo videtur *Aſſecurationis Ordinatio Antwerpienſis* k). Rurſus alii l) a Latino *pollicitatio*, forte ex hac ratione, quod Polizza eſt inſtrumentum, quo alter alteri quidpiam pollicetur. STYPMANNVS m) a *pollex*, quo nomine Italis (forſan *pollice* dicere voluit; *pollex* enim Latinum eſt, non Italicum) deſignetur, deducit, ratione ea, quod quemadmodum pollex in manu reliquorum digitorum praecipuus, ita et polizza controuerſiarum circa aſſecurationem decidendarum fundamentum ſit. Plures ſi quae ſunt, deriuationes non adducimus: ſed ad *ſynonymiam* progredimur.

a) *Vocabulario degli Accademici della Cruſca*, quod Venetiis an. 1612. editum, ibidem denuo an. 1680. ampliatum, multisque vocibus

 auctum

auctum prodiit, ſine vllo tamen in voce *Polizza* additamento p. 634. Edit. 1612. et edit. an. 1680. p. 618. conf. plura vocabula ſynonyma ac ſimilia cumulantem CRAMERVM in *diction. Ital.* verb. *Polizza, Polizzetta, Police, Polliccino,* eine Police, ein kleiner Zettel, ein kleines Brieflein.

b) voc. *Polizza,* verſ. *Dal Latino Polypticum.*
c) Patauii 1676. editis p. 236.
d) VOSSIVS *de vitiis ſermonis* l. 3. c. 36. v. *Polypticum.* add. CVIACIVS l. 4 obſ. 27.
e) *de quibus* videatur *peculiaris Diſſertatio* venerab. Dn. Abbatis SCHMIDII, patroni et hoſpitis mei omnis honoris obſeruantia proſequendi, habita olim Ienae 1694.
f) p. 187. Tom. 4. add. *Gloſſarium Cod. Theod.* voc. *Polyptici.*
g) vid. *Dominici* et *Caroli* MARCI Hierolexicon Romae 1677. editum. VOSS. d. c. 36. p. 570. DVFRESN. v. *Polyptichum, Polypticha, Puleticum, Polegium, Poleticum, Politicum.* MENAGII *Origines de la langue Françoiſe* verb. Poullié p. 595. edit. Pariſ. an. 1694. *Polypticum* monaſterii Foſſatenſis in *append. actor. veter.* Tom. 2. *Capitular. Reg. Franc.* ſub n. 12. p. 1387. exhibet STEPH. BALVZIVS, qui et in *not. ad Capitular.* p. 1273. ad verb. *Polypticis* addi poteſt.
h) Reſpicere huc videtur RICHELETVS v. *Police,* iunct. v. *Police d'aſſurance.*
i) l. 3. *Polit.* c. 4.
k) art. 6. verb. in der Policey und Ordnung.
l) *Us et Couſtumes de la Mer* P. 2. c. 1. §. 2. *in not.*
m) *de iure marit.* p. 4. c. 7. n. 385. p. 136.

V.

Vocatur ergo alias *Polizza* in genere *Biglietto, Cedola, Scritta, Scrittura:* dicunt enim Itali non modo *ſcriver vna polizza, vna police,* einen Zettel ſchreiben, *vna polizza d'obligatione,* vna *police di cambio etc.* Sed etiam *biglietto di cambio,* ein Wechſel-Brief, vna *cedola di cambio, di banco, di debito, etc. ſcritta* del parentado, Heyraths-Brief, far vna *ſcrittura,* einen Contract aufrichten, obligarſi con ſcritture, ſich ſchrifftlich verbinden. Et quemadmodum nos ipſi *polizzam* hoc loco nominamus *Inſtrumentum* aſſecurationis, ſic eadem vox in lingua ſua natiua dicitur etiam *Inſtrumento, Inſtromento, Stromento:* vt *Inſtrumen-*

ſtrumento di compra, di vendita, di contratto, von Kauff und Verkauff, et valet denique idem, quod *documento, lettera* a). Praeter adductas autem Synonymias Italicas, dantur etiam *Latinae* complures, ita *Apocha aſſecurationis* dicitur in Rota Genuae b) item *Apodiſia* et *Appodiſia* c), nec non *Inſtrumentum*, itemque *literae aſſecurationis* paſſim apud LOCCENIVM d) et alios. In vernacula denique noſtra, in qua vocem *Police*, vel, vt accuratus Germanicae orthographiae cenſor SCHOTTELIVS e) ſecundum pronunciationem Germanice reddit, Poliſſe, et alii f), Policey, ab exteris mutuati, corrupte hinc vocatur *Pols*. Aliarum linguarum denominationes ſtudio omittimus.

a) vid. CRAMERI *Dictionar.* ſupr. citat.
b) *Deciſ.* 102 n. 5.
c) *Deciſ.* 3. n. 15. et *dec.* 101. pr. et num. ſeqq. conf. DVFRESN. v. *Apodixa.*
d) *de iure marit.* l. 2. c. 5.
e) *de ſingular. German. Iur.* c. 23. p. 436.
f) ita apud MARQVARDVM in verſione *Ordinat. Antwerp.* vox *Police* expreſſa.

VI.

Sicut autem non de quauis polizza ſeu ſchedula in genere, nec de illis, quas mercatores in cambiis adhibent, nobis in praeſentia ſermo eſt, ita nec confundi cum noſtra debet ea, cuius meminit IO. DOMINICVS PERVS *Genuenſis* in libro ſuo, quem inſcripſit *Il Negotiante* a), verbis illis b) *forma della Poliza de noleggio della naue*, i.e. ein Formular einer Poliza ein Schiff zu häuren; vel commemorata ab eodem c) *Poliza di carica* i. e. Polizza oder Contract über eine Schiffsladung oder Befrachtung. Sed remotis, quotcunque tandem ſint, ſignificationibus ceteris per polizzam *hoc loco* ſolum illud, quod in aſſecurationis ſiue periculi auertendi contractu interuenire ſolet, inſtrumentum intelligimus d).

a) edito Venetiis an. 1672. in 4to.
b) Part. 3. p. 15.
c) pag. 17.
d) add. RICHELET. v. *Police d' aſſurance*, et conf. *Us et Couſtumes de la Mer* Part. 2. c. 1. §. 224 verb. *en la mer de Levant ce terme a paſſé, et paſſe pour exprimer toutes promeſſes et conuentions, notamment ſur le fait de marine.*

VII.

A nominis origine ad ipſius rei cunabula inueſtiganda tranſeo, quae, ſi Gallicum *Vſuum Conſuetudinumque Maris ſcriptorem* ſequimur, parum forte honeſta fuerint. Et prolixe quidem ab illo a) de hac re allatorum ſumma huc potiſſimum redit: inuentas primum polizzas (*les polices d' aſſeurance et les lettres de change*) et doloſe adhibitas eſſe a Iudaeis ſub Dagoberto, Philippo Auguſto, et Philippo Longo, Regibus, propter varia flagitia e Gallia exterminatis; quippe vt bona ſua fiſco ſubducta illi reciperent, ſecretas ſchedulas paucis verbis ad facinoris in Gallia ſocios, quibus nummos, merces, ceteraue ante abitum ſuum conſignata vel celata clanculum crediderint, per mercatores exteros, aliosue in Gallia proficiſcentes miſiſſe: a diffidentia inuentionem rudis primum initii *des brevets* ou *polices d' aſſeurance* pro modici pretii, praemiiue lucro, rerum ad Iudaeos tranſportandarum periculo per illas ſuſcepto, ſuppeditatam, *de ſorte que les lettres de change et les Polices d' aſſeurance ſoient Iuiſues de naiſſance de même invention et nomination*, ***Polizza di cambio, Polizza di Sicuranza.*** retentam ab Italis, Longobardis, ſpectatoribus ac miniſtris Iudaicarum iſtarum artium formulam ab *Eodem* dein *ſcriptore* additur b) et bene ipſos illos deinceps ea vti ſciuiſſe. Exorta porro, vt vberius rem perſequitur, Guelphorum ac Gibelinorum factione, ex Italia inter turbida ſubinde temporum profugi, Guelphi quidem in Galliam, Auenionem, Angliam, alios-

aliosque Rom. Pontifici obedientes terrarum tractus, Gibelini in Germaniam et Belgium, aliasque Imperio foederatas terras, Lombardi dicti, ope inter cetera et huiusmodi polizzarum ſtrenuos egerunt vſurarios, ſuosque magiſtros Iudaeos nequitia ſuperarunt. Abſit autem, vt propter hunc polizzae abuſum, ipſius vſum temere damnemus: tolli enim abuſus debet, non vſus deſtrui. Quanquam variaſſe primis temporibus hac in re populorum leges et inſtituta, haud inficior. Quomodo Gallia quidem negotiatores illi Lombardi (*Banquiers Lombards*) ſub Ludouico Sancto et Philippo Bello, vt Iudaei antea, eiecti, attamen ab eodem adhuc Rege Philippo Bello recepti, poſtea iterum a Philippo Valeſio expulſi ſint, *idem* toties modo laudatus *ſcriptor* c) exponit. In Belgio, vt videtur, haec res etiam nonnihil difficultatis habuit. Vbi anno quidem 1563. d. 31. Octobr. auſpiciis Philippi II. publica de Aſſecurationis contractu Ordinatio prodiit Bruxellis, *Ordonantie op de Verſekeringe oft Aſſeurancie* d) ſed an. 1568. vltimo Martii mandatum aliud periculi auertendi contractui huic aduerſum prodiiſſe, tum vero precibus deinde mercatorum Antwerpienſium Eundem, quem dixi, Regem Philippum II. permotum, reque curatius ponderata, quod ad commerciorum incrementa, publicumque commodum mercatorum deſideria tenderent, probe deprehendentem, ſublato ſuperiori mandato anni 1568. celeberrimam illam *Ordinationem* von der *Aſſeurantz* auf Schiff und Wahren e), quae Antwerpienſibus data d. 20. Ianuar. ann. 1570. prodiit, etiam inſtrumenti ſeu Polizzae formulam f) deſcribens, publicaſſe, ex Ordinatione illa Antwerpienſi ipſa g) apparet. Atque maxime inter ceteras haec Philippica Ordinatio, ſimulque in ea Polizzae formula eminent; et ob frequentiſſima quondam Antwerpiae, quae et vna aus denen vier Cunthor-Städten,

 cum

cum Hiſpanis, Italis, Belgis, Hanſicisque commercia ad illius h), vel etiam Amſterodamenſis i) deinde fori ſeu *Burſae*, vt cum vulgo loquar, ordinationem, conſuetudines ac ſtylum, paſſim et in aliis emporiis, quoad aſſecurationis et Polizzae materiam, coepit reſpici, et hodieque, vbi propriae leges et conſuetudines deficiunt, huc plerumque recurri ſolet.

a) Part. 2. art. 1. *in not.* ſiue *addit.* p. 218. vbi IOANNIS VILLANI, quae ad manum iam nobis non eſt, *hiſtoriam vniuerſalem* ipſe allegat.

b) p. 219.

c) p. 221. et ſeq. vbi quae in Chronicis ſuis de Philippi Valeſii temporibus referat NICOLE GILLES, ipſaque eius haec verba adferens, *quand ils viennent en France, jamais ne portent un Ducat, mais ſeulement une feuille de papier en une main, et une plume en l'autre; et ainſi tondent ſur le dos la laine aux François, et leur font gabelle de leur propre argent*, addit illis explicandis ſequentia: *cette plume et cette feuille de papier deſignent les lettres de change, les polices d' aſſeurance, les ſignatures et ſuppliques de Cour de Rome, qu'ils faiſoient obtenir, et les vendoient bien cherement.*

d) quam exhibet *t' Boeck der Zee-Rechten* p. 80. add. STYPMANN. P. 7. c. 4. n. 13. p. 103.

e) Habes eam lingua Germanica in *Documentis commercal.* MARQVARDI p. 592.

f) §. 35.

g) *princ.* et §. 1.

h) vid. STYPMANN. P. 4. c. 7. n. 16. ſeqq. KVRICKE *de Aſſecurat. §. quia vero* p. 7. Dn. STRYCK. *de Cautel. Contr. ſect. 3. c. 5. §. 33.*

i) KVRICKE dict. §. *quia vero.* Habes *Ordinat. Amſterodam.* an. 1603. publicatam ap. MARQVARD. in *Document. commercal.* p. 603.

VIII.

Indicata ſic origine Polizzae ad *deſcriptionem, definitionemue* eius pedem nunc promouemus, in qua ideo tamen diu nobis commorandum non eſt, quod et genus et ſpecifica ab aliis inſtrumentis differentia iam exinde apparet, quod *inſtrumentum*, ſiue *ſcripturam* a) *de periculo auertendo contractus* eo nomine nobis hic venire diximus, et, vt inſtrumentum quid ſit, ex *tit. D. de fide*

Inſtrum.

Inſtrum. et aliunde notum, ita ſpeciali iam SECT. I. de Aſſecurationis contractu actum. Addere tamen fortasſis de forma, modoue, eam concipiendi, haec verba licet: *ſecundum formam Ordinationibus praeſcriptam, vſuue ac mercatores inter receptam*, et de fine ſequentia: *probationis* b), *executionisque paratioris* c) *gratia confectum.* Quantumuis enim, quod de forma addere placuit, communem et in ſe ſpectatam polizzarum haud perinde contingere ſubſtantiam videatur, ſingularis tamen quodammodo huius generis inſtrumentis indoles eſt, quorum certae paſſim, typis deſcriptae formulae d), relicto ad nauis, nautae, portus, aſſecurati, mercium et aſſecuratorum nomen adſcribendum ſpatio, haberi ſolent; et ex Ordinationibus ſpecialibus, moribusque, non ex iure illis communi forma: quam ſi e) certam alicubi Ordinatio praeſcripſerit, vt vt cetera liberum contrahentium ſit arbitrium, nulla f) erit, quae illi aduerſatur, aſſecurationis pactio.

a) De Aſſecurationibus quondam ſine ſcriptura factis *en confiance*, quae abuſum propter, et ſubnatas exinde controuerſias poſtmodum ſint prohibitae, vid. *Us et Couſtum. de la Mer* P. 2. c. 1. art. 2. p. 224.

b) vid. *inf.* §. 13.

c) vid. *inf.* §. 14.

d) Illuſtr. STRYCK. *de Cautel. Contract. ſect.* 3. c. 5. §. 33. Scriptores, qui Italicam, Belgicam, Latinam formulam illuſtrauerint, refert Dn. HERT. L. 1. *Paroem.* 43. §. 29. Et nos aliquot Belgicas Hamburgi obtinentes in *Appendice* exhibebimus.

e) *Ordinat. Antvverp.* art. 34. So haben wir nun allen Argwohn und Proceſſen zu verhůten, auch daß alles deſto beſſer aufrichtig zugehen ſoll, ſtellen laſſen eine Policey, oder verſicherten Vertrag und Verſchreibung in Form, wie hernach folget, darnach ſich diejenigen, ſo die inſtrumenten der Verſicherung machen werden, wegen der Gůter, und Kauffmannſchafften, ſo aus dieſem Lande geſchicket, oder geſchifft, nach gleichem exemplar und Form richten ſollen.

f) Ita *Conſultat. Holland. P. 1. conſult. 187.* reſponſum, annotat Dn. HERT. L. 1. *Paroem.* 43. §. 29. in fin. Diſerte *Ordinat. Antvverp.* art. 2 daß einig Vertrag von *Aſſurantz* oder Verſicherung, oder auch einig Eid, GOtt gebe, wie die geſtalt, gethan oder geſchrieben móchte

ſein, ſo dieſer unſer Ordnung zuwider, und nicht gleichförmig derſelben aufgerichtet werden, kein Platz haben, oder tüchtig geachtet werden ſoll. In *Conuentione* der *Aſſecuratoren* in Hamburg poena in caſum violatae circa Polizzam conuentionis paſſim adiecta, vt ad SECT. I. iam allata exempla indicant.

IX.

Diuidi poſſunt haec aſſecuratoria Inſtrumenta I.) ratione *ſolennitatum*, quod alia ſint *publica*, quae coram Notariis, et adſcitis teſtibus, fiunt a), vel coram Magiſtratu in publicum librum rediguntur b); alia vero *priuata*, quae absque huiusmodi ſolennitatibus conficiuntur; ratione effectus tamen, ſaltem quantum ad validitatem inter contrahentes attinet, ſi eandem illis vim tribuerint, a publicis haud diſcrepantia c), vbi loci iura aut mores non refragantur d). II.) Ratione *obiecti et formae*, quod aliud ſit, ſi *nauis*, aliud, ſi *merces*, aliud denique, ſi *perſona* aſſecurantur. III.) Ex *accidenti* α) quod *aliquibus* praeter impreſſas typis aliae *conditiones inſerantur*, *aliis non* item, β) ratione linguae, qua concepta ſunt, aliud eſt *Belgicum*, aliud *Gallicum*, et ſic porro. Vbi de *Belgica* lingua annotandum, etiam in Germania e), vt apud nos Hamburgi, formulas illa conceptas vſurpari, cum ex Belgio quidem ad Germanos totum hoc negotium tranſierit f).

a) Vid. *Ordin. Antvverp.* art. 5.
b) Vid. *eand. Ordin.* art. 6. et 8.
c) Vid. STYPMANN. P. 4. c. 7. n. 421. et ſeqq. p. 139. et n. 499. p. 194. it. GROT. *Introd. ad Iuriſpr. Batau.* L. 3. part. 24. §. *Verzeeckeering mag geſchieden.* et conf. STRACCHA gl. 37.
d) conf. *Us et Couſtumes de la Mer* Part. 2. c. 1. art 2. verb. *comme auſſi eſtant acte public.* p. 224. iunct. p. 352. *Ordinat. Antvverp.* art. 9.
e) add. Dn. STRYCK. *de Cautel. Contract.* Sect. 3. c. 5. §. 33.
f) conf. ſupr. §. 7. verſ. *Atque maxime quidem.*

X.

Conueniens porro inſtituti noſtri regulae eſt, vt praecipua Inſtrumenti aſſecuratorii *requiſita*, et quae potis-

potiſſimum ex illuſtriorum Ordinationum praeſcripto, vſuue, frequentantur, vberius perluſtremus, in quibus Illuſtr. STRYCKII a) ego ductum ſequar, hauſtas porro et aliunde obſeruationes in loco additurus. Inſeri itaque

I. Polizzis debet nomen aſſecurantis vel aſſecurantium, ſi, vt fieri frequenter ſolet, ac propterea expedit, ne vni totam nauim aſſecuranti eueniens periculum nimis damnoſum ſit b), aſſecuratus plures iſtos acceperit: quanquam ordinarie nominis haec expreſſio per relationem tantum ad ſubſcriptionem fieri ſolet c).

II. Apponitur nomen magiſtri nauis d), addito interdum et loco domicilii, vbi habitat. Nomen nautae ideo, quoniam vni plus, alteri minus eſt ſcientiae nauticae; quo fit, vt aſſecuratores, vel faciliores, vel difficiliores ſint ad hunc contractum ineundum e); domicilium vero, vt ſi forte aliquid contra officium ſiue boni viri, ſiue nautae, committat, aſſecuratores ſciant, quonam in loco opportune conueniri poſſit, ad damnum videlicet, culpa eius datum f) reſarciendum, imo interdum ad poenam quoque corporis adflictiuam g).

III. Nomen nauis h), (habent enim, vt res notiſſima, etiam naues ſua nomina) i) in vſus varios, et quidem ſi nauis k) aſſecuratur, non ſolum, vt de naui ipſa, verum etiam, vt de eo e. c conſtet, an nauis ſit vetus, an noua, an velocius, an tardius vela faciat, et ſic porro. Quod ſi de mercibus, quas certa nauis vehit, aſſecuratio facta eſt, et merces, mutata naui, in aliam reponuntur, ſecuto huius naufragio aſſecurator non tenetur l), niſi et in aliam nauim eas transferendi facultas per Polizzam data ſit m).

IV. Nomen loci a quo, ſcilicet vbi nauis fuit onerata n).

V. Nomen loci ad quem o); quod ſi aſſecuratus no-

men hoc doloſe mentitus fuit, iterue mutauit, aſſecuratio vitiatur, obligatioque aſſecurantis tollitur p).

VI. Deſignatio mercium q), quae, quales, et quantae illae ſint r), vbi coram Notario et teſtibus eas conſignari, ſubiecta ſimul aeſtimatione, ne difficilis poſtea haec probatio ſit, pro cautela commendatur s).

VII. Nomen aſſecurati, vel aſſecuratorum, ad quos merx, vel nauis pertinet t), etiam ideo, vt aſſecurator ſcire poſſit, an aſſecuratus perſona ſit forte, cum qua commercia interdicta ſint, veluti quod ſit hoſtis u), item proprio, an alieno nomine contrahat w). Licet vero vox *pertinere*, *toebehooren*, latiſſime hic ſumatur, vt non ſolum res in dominio aſſecurati exiſtentes, alioue iure in re, veluti pignoris, poſſeſſionisue, ad eundem ſpectantes, verum etiam ex contractu debitas comprehendat x), ad ſociorum tamen merces non extenditur; ſed pro parte tantum illius, cui res, quas deinde ad eum non ſolum, ſed ad ſocios quoque pertinere compertum, aſſecuratae ſunt, aſſecuratio, quamlibet ſimpliciter facta, valet y): communi enim nomine cum agunt, expendere nomen inſimul ſociique ſolent, h. e. ſubſcribere: *ego et ſocii* z).

VIII. Tempus, ex quo aſſecuratio incipere, et quando finiri debeat aa).

IX. Additur, vt in libera poteſtate magiſtri nauis ſit, quomodo curſum velit dirigere bb), ne poſtea aſſecurator cauſam litigandi quaerere poſſit, quaſi nauta non recto curſu portum petiiſſet. Non vero haec clauſula, quae de libero nauis curſu vulgo exprimitur per verba ad dexteram et ſiniſtram cc), magiſtro nauis etiam iter immutare permittit dd).

X. Suſceptio periculi (vulgo *Riſico*) *vel* in genere, *vel* cum ſpeciali expreſſione caſuum ee).

XI. Confeſſio ſuper quantitate et numeratione

pretii,

pretii, ſiue praemii ab aſſecurato, eiusue proxeneta, accepti ff).

XII. Subiici etiam aliquando ſolet haec clauſula, quod aſſecurationem intellectam velint ſecundum ſtylum et obſeruantiam Burſae Antwerpienſis, in quantum ſcilicet praeſens illi polizza non derogat, vel etiam per ſtatuta locorum, et conſuetudines aliud introductum eſt gg).

XIII. Aſſecuratores bona ſua generali hypotheca obligant hh).

XIV. Renunciant Aſſecuratores variis iuris remediis, quae ipſis ſecundum apices iuris forte competere poſſent: imo in genere omnibus ſtatutis, Ordinationibus etc. quae Polizzae contrariantur ii).

XV. Submittunt ſe Aſſecuratores et Aſſecurati arbitrio trium mercatorum, quorum in hac re nullum verſatur intereſſe, addita poena centum thalerorum orphanotrophio ſoluendorum, ſi huic non pareant, modo lis coram arbitris tractanda intra duos menſes finem ſortiatur. Alias liceat ipſis coram Magiſtratu ordinario litem peragere kk).

XVI. Solent hodie conditiones nonnullae ll) addi, quae videri poſſunt in exemplari Polizzae *huic Diſſertationi* adiectae *ſub N. 1.*

XVII. Adſcribi quoque debet, quid Aſſecurato per nuperrimas literas de naui conſtet mm).

XVIII. Denique ſubſcribunt aſſecuratores ſuo nomine cum expreſſione quantitatis, quousque periculum in ſe recipiunt. In hac vero ſubſcriptione non attenditur, quis prius, vel poſterius ſubſcripſerit, ſed omnes aequales ſunt ad damnum pro rata ſuſcipiendum nn).

a) in *Cautel. Contract.* Sect. 3. c. 5. §. 30.

b) Dn. STRYCK. *d. c. §. 31.* vbi pro cautela, ne vnus magnam quantitatem recipiat, hinc commendat.

c) hoc videlicet modo, *Wy Aſſeuradeurs hier ondeertekent*, wir zu ends benandte, oder zu ends beſchriebene.

d) *Ordin. Antvverp.* art. 3. formula Italica ap. STRACCHAM gloſſ. 9. *patronizata per Angelo Picchi o qual ſi voglia altra perſona*: Belgica: *vvaer op* (op't ſchip) *commandeur ofte ſchipper is.*

e) STYPMANN. p. 4. c. 7. n. 393. p. 136.

f) GROT. ſaepe allegatus *part. 24. §. die laet verſeckeren* in fin. verb. *ſo ſoude den verſeckerer op de ſelve Schipper ſiin verhael hebben.*

g) Vid. *Ordinat. Antvverp.* art. 22. in fine verb. und man ſoll ſie auch offenbahr jederman zum Exempel leiblich ſtraffen, auch ſo befunden würde, daß ſie eine merckliche Boßheit und Falſchheit begangen hätten, ſo ſoll man ſie, wie See-Räuber und offenbahre Diebe, ſtraffen. Quanquam vniuerſaliter quidem de Aſſecuratoribus, aſſecuratis, Schiffern, Steuerleuten, und ſonſten, wie man die nennen möchte, hic artic. loquitur.

h) *Ordinat. Amſtelod.* art. 3. formula Italica ap. STRACCHAM gl. 8. *ſopra la nave nominata Santa Maria di Loreto.* Belgica: *van't Schip* (dat Godt bewaer) *genaemt de Jouffrovv.*

i) add. STYPMANN. *de Iure Marit.* P. 3. c. 2. n. 98. ſſ. p. 382.

k) Quam etiamſi cum *corredis* (equipage, Gereetſchap) ſaluam fore aſſecurator promiſerit, ſcapham tamen nauis haud contineri, niſi communis loquendi vſus eo porrigatur, ſicut Anconae id obtineat, docet STRACCHA *gloſſ.* 8. n. 7. cum quo iung. et. *n. praeced.* 7.

l) vid. *l. 10. §. 1. ff. ad Leg. Rhod. de iactu* et STRACCHA *de Aſſecurat. gloſſ. 8. n. 2.*

m) STRACCH. *gloſſ. 8. n. 3.* vbi amplius tamen clauſulam illam de mercibus in aliam nauim transferendis aliquando in Polizza apponi ſolitam declarat.

n) *Ordin. Amſterod.* art. 3. formula Italica ap. STRACCH. *gloſſ. 12. dal porto de Conſtantinopoli.* Belgica: *van Nantes*, *van Bourdeaux.*

o) *Ordin. Amſterod.* art. 3. formula Italica ap. STRACCHAM *d. gloſſ. 12. al porto d'Ancona.* Belgica: e. c. *na Hamborg*, *na Archangel.*

p) *Deciſ. Genu.* 40. n. 2. LEON. *Conſil.* 23. n. 5. et 6.

q) N. N. N. N. *vvelcken ryſick vvi dragen ende tot onſe laſte nemen.*

r) formula Italica ap. STRACCH. p. 19. *ſupra ciambellotti, pannine et ogn' altra ſorte de mercantie, cariche ò da caricarſi* conf. tamen *Us de la mer* P. 2. c. 2. art. 3. Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg vom 17. Mart. an. 1697. art. 1. wie auch die Kauffmannſchaff-

ten,

ten, darauf die Aſſecurance geſchicht, ſoll geſpecificiret werden, ům zu wiſſen, ob es auf bederbliche oder unbederbliche Wahren: ſolte aber keine Nachricht davon gegeben werden können, und alſo nur, Kauffmannſchafften, in der Police geſtellet würde, ſo ſoll es an ſeiten der Aſſecuradeurs *geconſiderirt* werden, als verderbliche Kauffmannſchafften.

s) MARQVARD. *L. 2. c. 13. n. 24.* formula: *met conſens van ons Aſſeuradeurs taxeert den geaſſeureerden vornoemde Kopmanſchappen - - -*

t) *Verſeckern an u* N. N *toebehoerende als boven.* ſolere autem et nomina ſubinde inter mercatores ſimulari, fingique cumprimis onerantis nomen, facta interim ad onerarias literas relatione e. g. a Iudaeis, ad Chriſtianorum depraedationem effugiendam, docet STRACCHA *gloſſ.* 7. conf. tamen *Us et Couſtumes de la Mer* P. 2. c. 2. art. 5.

u) Vid. *Us et Couſtumes de la Mer* dict. cap. 2. art. 5.

w) *Idem liber* d. c. art. 6.

x) vid. STRACCHA *de Aſſecurat. gloſſ.* 10 ad verb. *attinente al detto* N. *Giovanni Straccha ò à altri à chi atteneſſe*, n. 1. ſeqq.

y) SANTERNA *de Aſſecurat.* P. 3. n. 58. et ſeqq. STRACCHA *gloſſ. 10. n. 9. et ſeqq. et n. 17.* MARQVARD. *L. 2. c. 13. n. 41.* Exhibet tamen plures ſpeciales caſus huc pertinentes STRACCHA *dict. gloſſ. 10. n. 15. et ſeqq.* et apponi etiam in Polizza conſueuiſſe hanc clauſulam, *toebehoorende in't geheel, ofte ten deele, ofte jemand anders*, infra ex *appendice* apparebit.

z) B. Dn. LANGERMANN. *de Iure in Curia Mercat. vſitato. §. 153.* conf. tamen *eundem §. praeced. 152.*

aa) Formula Italica apud STRACCHAM *gloſſ. 13. è ſorta che ſerà nel porto d'Ancona hore venti quatro à buon ſalvamento.* formula ex Belgico Latine verſa apud LOCCEN. l. 2. c. 5. §. 6. *ab hora et die, quo praedictae merces deportatae ſunt in portum N. N. vel naualia, inferendi dictae naui cauſa, et durabit iſthaec aſſecuratio, donec dictae merces peruenerint in portum N. N. et exoneratae atque in ſaluo fuerint, absque vllo detrimento et incommodo.*

bb) Formula Italica apud STRACCH. *gloſſ. 14. Potendoſi con la detta nave è mercantia in eſſa cariche intrare in ogni porto è luoco, è navigare innanzi ò indietro, a deſtra è à ſiniſtra, à piacimento, è volontá de eſſo padrone.* Belgica: *ſullen mogen ſeylen vorwarts en achterwarts, ter rechten en ter lincken Zyde, ende in allen Manieren voortvaren ofte blyven anckeren in ſulcke Haven, als het de Meeſter, Capitain of Pylote van't ſelfte Schip goet duneken laet.*

cc) Vid. *not. praeced.*

dd) STYPMANN. *Part. 4. c. 7. n. 413.* STRACCH. *gloſſ. 14.* vbi

in formula expreſſe additur, *il viaggio non mutato.* iung. *Ordin. Antwerp.* art. 14.

ee) Formula Italica apud STRACCH. *gloſſ.* 15. *Correndo riſico detti Aſſecuratori d'ogni caſo di mare, di fuoco, di getto in mare, di repreſſaglie ò robbarie etc.* de Belgicis vid. inf. *Append.*

ff) STYPMANN. *P. 4. c. 7. n. 11.* MARQVARD. *L. 2. c. 13. n. 68. ſub n. IX.* formula: *ende bekennen betaelt te ſiin van den priis van deſe verſekeringe door de handen van Claes Dirckſen ten priſe van ſeven ten honderde.* Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg vom 17. Martii 1697. art. 7. Soll künfftig ein jeder *Aſſeuradeur* gehalten ſeyn, beyzuſchreiben in der *Police*, wie viel *premie* er empfangen habe.

gg) STYPMANN. *P. 4. c. 7. n. 417.* formula: *na gewohnte ende couſtuyme van der Beurſe van Antwerpen.* In Italica formula apud STRACCH. *gloſſ.* 38. contrahentes declarant, *che de tutte le coſe non chiarite in detto ſcritto intendano ad uſo et ſtile della Piazza di Fiorenze.*

hh) *daertoe verbinden wy alle onſe Goederen.* Formula Italica apud STRACCH. *gloſſ.* 35. *Egli Aſſecuratori giurano et obligano loro et tutti loro heredi, et beni mobili et immobili, praeſenti et futuri, in ogni meglior modo, che obligar ſe poteſſero in forma della Camera Apoſtolica.*

ii) Formula Italica apud STRACCH. *gloſſ.* 32. *renuntiando de ſtare in caſa* (domicilio) *moratorie, in la plenior forma della Camera Apoſtolica, et con poteſta a di eſſer conſtretti in ogni luogo, giudicio, o tribunale ſi ſia; renuntiando detti Aſſecuratori ad ogni privilegio, indulto, prorogationi, legge, ſtatuti, franchiſie, et deferiati, che in lor favor faceſſero.* Belgica: *renuncierende ter goeden trouwe, ende als met onſen Eed, an allen Exceptien, ende Cavillatien deſen tegenwordigen contrarierende.*

kk) Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg vom 3. Ian. an. 1687. bey 100. Rthl. Straffe am Peſt-Hoffe desjenigs *contrahenten*, welcher bey fürfallender *Differentie* den andern im Gericht, und nicht, vermöge *contracts*, bey guten Männern belanget: *et conuentio* vom 17. Mart. an. 1697. art. 5. daß bey demjenigen, ſo in der *Police* ſtehet, ſich an gute Mannſchafft zu unterwerffen, ſoll gedrucket werden, bey 100. Rthl. Straffe ans Wayſenhauß zu bezahlen, diejenige Parthey, ſo ſolches nicht nachleben wolle: ſolten ſie aber innerhalb 2. Monath nicht damit zu Ende kommen, ſoll eine jede Parthey ſein Recht weiter zu ſuchen Macht haben.

ll) Sic e. g. *conuentum inter Aſſecuratores Hamburgi* 17. Mart. an. 1697. art. 53. daß in der *Police* zu drücken, daß von allen Schaden, und *Auarien*, ſo in *Europa* geſchehen, innerhalb Jahres Friſt an denen

Aſſeu-

Aſſeuradeuren intimatie und Nachricht von dem ergangenen Schaden müſſe gethan werden, bey Verluſt der Forderung.

mm) Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg de an. 1697. d. 17 Martii, art. 1. daß nach dieſem in allen *Policen* ſoll geſchrieben werden, gleich es in Holland gebräuchlich iſt, was vor Zeitung der *Geaſſurirte* von dem Schiff und Gütern, darauf er will verſichern laſſen, hat, inſonderheit, ob er vertrocken, oder noch da liege.

nn) *Ordin. Antwerp.* art. 13. Es ſoll auch der letzte Verſicherer in der Verſicherung, ſo wol in Gewinn, und Verluſt theilen, gleich als der erſte. Ap. MARQVARD. in *Docum. Commerc.* p. 595. Add. GROT. Introd. p. 24. *§. den laetſte.*

XI.

Et haec de requiſitis, ſi nauis, vel merces aſſecurantur, dicta ſufficiant: ſequuntur ea, quae obſeruari plerumque ſolent, ſi perſona in caſum captiuitatis aſſecuratur. Et quidem

I. Certum ibi pretium conſtituitur in caſum obuenientis captiuitatis.

II. Inſeritur nomen nauis.

III. Iter cum neceſſariis circumſtantiis, et locus, ad quem tendat nauis, ſunt exprimenda.

IV. Cui ſoluendum ſit lytron, vt illius cura hoſtibus, a quibus captus eſt, transmitti poſſit.

V. Hic aſſecuratori non conceduntur duo menſes, vt alias, ſed intra quatuordecim dies, vel potius hodie quamprimum potuit a), determinatam lytri ſummam, et quidem ſi plures adſunt, pro rata ſoluere debet, modo de captiuitate certo conſtet b).

a) *arg. l. 5. C. de cuſtod. reorum.* verb. *liberandos diuturna cuſtodia non maceret.*

b) *Us et Couſtum. de la Mer.* P. 2. c. 16. art. 3. p. 326. et ſeq.

XII.

Denique illud de requiſitis polizzarum, de quibus hactenus egimus, adhuc notandum eſt, contractum aſſecurationis tales clauſulas non vt eſſentiales exigere, ſed

vt' partim naturales, partim accidentales a). Poſſunt igitur, quatenus Ordinationes aut mos non obſtant b), etiam illae, quae in exemplaribus Polizzarum impreſſis habentur, clauſulae per pacta, et conuentiones adiectas, pro re nata, et ex mero contrahentium beneplacito immutari c), cum et huic contractui legem dent pacta et conuentiones d).

Quaeri heic poſſet, an non inuocatio nominis diuini in Polizzis ſit neceſſaria? Reſp. reperiuntur quidem nonnullae Gallicae et Italicae formulae e), in quibus inuocatio diuina praemittitur, ſed in Belgio et Germania hoc non attenditur.

Quaeſtio alia, ſi aſſecuratus conditiones captatorias Polizzae inſeruit, an aſſecurator ex huiusmodi ſubſcriptione teneatur? Reſp. negando, nam erronea ſubſcriptio vitiat actum, nec ſcribentem obligat, et plus valet, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur f).

a) Dn. STRYCK. *de Cautel. Contract.* ſect. 3. c. 5. §. 33.
b) vid. *ſupr.* §. 10. ſub lit. e.
c) Vergleich der *Aſſecuratoren* in Hamburg vom 17. Mart. an. 1697. art. 4. Soll in der *Police* gedrucket werden, daß die geſchriebene *conditiones* allemahl die *preference* vor das gedruckte haben ſollen, und wenn auch etwas darinnen enthalten, das gegen das gedruckte lieffe, ſoll ſolches angeſehen werden, als eine *Exception* gegen das gedruckte, als einen *expreſſen* Vergleich zwiſchen *Aſſecurirten* und *Aſſecuratoren* getroffen.
d) Dn. STRYCK. dict. §. 33. *Deciſ. Gen.* 102 n. 5.
e) *Us et Couſtum. de la Mer.* P. 2. p. 348. STRACCHA *de Aſſecurat. p. 19.*
f) *l. 5. et t t. C. Plus valere, quod agitur. Us et Couſtum. de la Mer,* c. 2. art. 15. p. 241. et ſeq.

XIII.

Sequitur, vt de *fine* et *effectu* Polizzae diſpiciamus. Vbi inſtrumenta contractibus vel probationis gratia a), vel obligationis inducendae cauſa accedere, notius eſt,

quam

quam vt hic pluribus verbis repetatur b). Prioris generis inſtrumentis Polizzam accenſendam eſſe, iam ex definitione a nobis ante c) allata patet, quandoquidem hic praecipuus Polizzae *finis* et vſus eſt, ne caſu periculi contingente diſputare neceſſum habeant contrahentes, an hoc quoque ab Aſſecuratore ſit receptum d). Quam enim Polizzae ſubſcriptione deficiente difficilis ea res probatu ſit, facile apparet; e) ſiquidem diarium proxenetae, (das Mäckler-Buch) qui Aſſecuratorem forte fortuna offendit, et nec oblata ipſi ad nomen ſubſignandum Polizza, nec ſoluto praemio, conſenſum tamen eius in aſſecurationem ad certam ſummam obtinuit, contra talem Aſſecuratorem ſponte ſoluere detrectantem ad plenam vtique probationem ſecundum ſtylum mercatorum vix valebit. Confecta autem Polizza controuerſiae ſuper aſſecuratione obortae ex hoc inſtrumento, ceu fundamento quodam, definiuntur, cuius adeo tenor in primis bene ponderandus f). Quod ſi illud obſcurum eſt, ſolet interpretatio fieri contra eum, qui potuit apertius legem dicere g). Nec incongrue adeo Polizza totius negotii aſſecuratorii quaſi baſis vocatur h).

a) *l. 17. C. de pactis l. 4. ff. de fide inſtrument. l. 4. ff. de pign. et hypoth.*
b) v. B. Dn. ENGELBRECHT *in Compend. Iurisprud.* ad tit. *de Reb. cred.* §. 8.
c) v. ſupr. §. 8.
d) Dn. STRYCK. dict. c. 5. §. 29.
e) conf. ſupr. §. 8. lit. a.
f) Rot. Gen. Dec. 102. n. 3. SANTERNA *de Aſſecurat.* P. 3. n. 38.
g) arg. *l. 39. ff. de pact.* SCHOTTEL. *de ſingul. in German. iurib.* c. 23. §. 5.
h) STYPMANN. P. 3. c. 7. n. 387. Illuſtr. Dn. RHETII Diſſ. *de Verſura* P. 1. c. 4. d. 5.

XIV.

Ad *effectum* quod attinet, ſecundum Ius Romanum quidem (pro cuius obſeruantia alias in Germania ſemper

praeſumitur) a) inſtrumentorum effectus conſiſtit in eo, quod priuata inſtrumenta legitime confecta, ſi recognoſcantur b), plene contra ſcribentem probent c), publica vero etiam absque recognitione plenam mereantur fidem d). Quaſi publica (i. e. ſecundum *l. 11. C. qui potiores in pignor.* conſcripta) manus recognitionem deſiderare DD. volunt e). Nequaquam vero de *Iure Iuſtinianeo* executiue ex inſtrumentis, cuiuscunque demum generis ſint, agi poteſt f): ſed debitum ſemper ordinario proceſſu eſt probandum g). *Hodie* tamen ex conſuetudine totius propemodum Germaniae inſtrumentis acceſſit alia virtus, vt ex iis non tantum probetur, verum etiam parata detur executio h): Dummodo ſint liquida, et recognita i). Et Hamburgi quoque ex inſtrumentis liquidis paratam decerni executionem, ſaepius laudatus B. Dn. LANGERMANNVS docet k). Vt proinde cum PETRO SCHVLTZIO l) aſſerere non dubitem, ad exemplum Cambii proceſſum executiuum etiam ratione Polizzae locum habere: nec exceptiones altioris indaginis hic attendi, ſed ad reconuentionem, vt in aliis cauſis executiuis, remitti debere m). Quod ſi de Haueria fortaſſis, aut de alia re maximi momenti diſceptatio oritur, lis ad Iudicium Admiralitatis (tentata prius coram arbitris compoſitione) n) refertur o). De adhibendo vero in cauſis mercantilibus proceſſu ſummario exſtat elegans *decretum Admiralitatis noſtrae* p) de anno 1656. d. 31. Iulii, confirmatum anno 1663. d. 30. Iulii, quod integrum hic apponere operae pretium eſſe exiſtimo:

Nachdem eine Zeithero in dem hieſigen Admiralitäts-Gerichte offtermahlen in Schrifften gehandelt, lange und mündliche Receſſe gehalten, von denen Procurato-

ratoren, aus Mangel behülflicher information, vielfältige dilation gebeten worden, wodurch die Sachen weitläufftig und *intricat* gemacht, hingehalten, und die Iuſtitz ſehr *protrahi*ret worden: wenn aber dieſes löbliche Admiralität-Gerichte nur zu dem Ende angeordnet, daß in Kauffmanns-Sachen, ſo aus dem *commercio* herreichen, *de ſimplici et plano*, mit Hindanſetzung ſubtiler diſputen und aller formalitäten, ſo etwan *in ordinariis iudiciis in conſideration* kommen, *ſummariiſſime procedi*ret, forderſamſt geſprochen, und alſo der See-Commercien Aufnahm befordert werden ſolte, ſolches auch alſo im Anfange dieſes Gerichts, und viele Jahre hernach, *feliciter practici*ret, und der Sachen Endſchafft befordert: Dieſem nach thun die zur *Admirali*tät *deputi*rte Herren und Bürger hiemit befehlen, daß die Partheyen ſich in dieſem *iudicio* aller ſchrifftlichen *Receſſe*, auch alles unnöthigen weitläufftigen mündlichen *Receſſi*rens enthalten, die Sache, wie ſie bloß iſt, nur mit den Umſtänden, worauf ſie beruhet, vortragen, und dieſelbe, ſo viel immer geſchehen kan, in einer *audience*, biß zur *ſubmiſſion* verhandeln, und verhandeln laſſen ſollen: Dero Behuff denn die Partheyen perſönlich ſelbſt im Gericht mit erſcheinen ſollen, oder, da ſie Ehehafft wegen ſolches nicht vermögen, ſollen die *Procuratores*, wenn ſie ohne ihrer *Principal*en Gegenwart vortreten, zuvor genugſame *information* von ihnen nehmen, und, ſo viel möglich, ſich des Ausbittens der *dilation* zu fernerer Rückſprache mit ihren *Principal*en, und Einwendens anderer zu Auffenthalt der Sache zielenden *exceptionen*, enthalten. Mit dem Anhange, woferne jemand dieſem gemeinen Beſcheide zuwider handeln würde, daß derſelbe in ernſte willkührliche Straffe genommen werden ſoll. Wornach ein jeder ſich zu richten. *Actum et decretum in Iu-*

dicio

dicio Admiralitatis, publicatumque ſub ſigneto, die 31. Iulii an. 1656.

(L.S.)

a) conf. Excellent. Dn. HOMBORGII *Praeleƈt. ad Inſt.* p. 6. §. 4.
b) v. B. Dn. ENGELBRECHT. Diſſ. *de Recognitione Inſtrument.* §. 17.
c) *Idem* in *Compend. Iurispr.* ad tit. *de fide Inſtrum.* §. 19.
d) arg. *l. 31. C. de donat.* MEVIVS, P. 4. dec. 147. n. 9.
e) BRVNNEMANN. ad *l. 11. C. qui potior. in pignor. n. 6.*
f) per *l. 1. et 2. C. de execut. rei iudic. l. 9. C. de O. et A. l. vnic. C. de prohibita ſequeſtrat.*
g) Dn. STRYCK. ad LAVTERBACH. tit. *de fide Inſtrument.* voc. *executionem.*
h) B. Dn. ENGELBRECHT. diƈt. §. 19.
i) v. R. I. de an. 1654. §. 39. et GAMSIVS in *Comment. ibi.*
k) *de Iure in Curia Mercat. vſitato* §. vlt.
l) in Diſſ. *de Foem. Mercatr.* c. 2. §. 35. STYPMANN. p. 2. c. 7. n. 496. ſeqq.
m) COLERVS *de Proceſſ. Execut.* P. 4. c. 1. n. 114.
n) v. ſupr. §. 10. ſub lit. kk.
o) v. ILLVSTR. SENAT. HAMBVRG. *Ordinat. Admiral.* de anno 1623. n. 17. quam exhibet MARQVARD. in *Document. Commerc.* p. 589.
p) conf. quoque *Ordinatio Camerae Aſſecurationis et Auariae Amſtelodam.* art. 36. n. 5.

XV.

De generali hypotheca ab aſſecuratore fieri ſolita ſupra N. XIII. §. X. iam meminimus. Conſiſtit autem huius effeƈtus inter alia quoque in eo, vt in concurſu creditorum aſſecuratoris ſui, ſi is forte bona decoxerit, aſſecurati vt hypothecarii concurrant, et collocentur. Poteſt vero etiam aſſecuratus eo caſu, vbi aſſecurator bonis lapſus, ita vt ſummam in Polizza promiſſam ſoluere nequeat, contraƈtui renunciare, et alium ſibi aſſecuratorem loco prioris quaerere, modo haec renunciatio coram aſſecuratoris creditoribus, vel bonorum eius curatoribus fiat: acceptum autem pro aſſecuratione praemium omnibus

bus

bus tunc creditoribus cedit. Quod ſi tamen ante initum cum nouo Aſſecuratore contractum in naui vel bonis priori contractu aſſecuratis, damnum iam contigerit, et de eo poſtea conſtet, aſſecurato nihilominus in bonis, prioris aſſecuratoris iuxta cum ceteris creditoribus ius ſuum ſaluum eſt, quod etiam nouis aſſecuratoribus cedere poteſt. Ita Ius Marit. Regni Suedici *c. 16. tit. 6.* a)

a) LOCCENIVS de Iure Marit. *l. 2. c. 5. n. 22.*

XVI.

Praeter ea, quae ſupra a) *de interpretatione Polizzarum*, quando eis quaedam obſcuritas ineſt, obiter praemonuimus, ſequentia adhuc notamus. Primo extra dubium eſt, docente GROTIO b), ſi nulla ſit coniectura, quae ducat alio, verba intelligenda eſſe ex vſu populari, ne actus agentium vltra c) eorum intentionem operetur. At non ſemper tamen verborum cortici inhaerendum, ſed in artium vocabulis adhibenda eſt artis cuiusque prudentium definitio d). Sic in rebus mercantilibus reſpiciendum eſt, quomodo ſtylus mercatorum ea communiter explicet; ſtylus enim fori vim legis habere creditur e). Vnde non facile ab eo recedi ſolet f) atque ad deciſionem cauſarum recte allegatur g), modo de eo conſtet. Nam ſi verum fateri licet, ſaepius diſcolor eſt, et mox albus, mox niger, vt loquitur STRACCHA h). In caſu ergo dubio ab allegante, quoniam eſt facti, probandus i), et quidem legitimo modo k). Sic ex facto quaeſitum fuiſſe, mercatore quodam id mihi referente memini, quidnam caſuum nomine veniat, cum in Polizza caſus maris excepti erant: *exemt Riſico van de Zee*, et ſpeciatim quidem, an etiam nauis ex pilotae culpa interitus ſub maris illo periculo comprehenderetur? Comprehendi pars vna aſſerebat,

et omne damnum in mari datum hic intelligendum eſſe exceptum; ratio, quoniam ſtylus mercatorum tam late hanc vocem accipiat. Contra altera pars contendebat, ea duntaxat maris damna eſſe, quae vi tempeſtatis darentur. Et STRACCHAE l) quidem illud damnum ſub vocabulo, *caſo di mare*, See-Gefahr, venit, quod tempeſtas marina cauſatur, etſi multa vtique huiuscemodi damna contingere agnoſcit. m) Quod ſi verba generalia ſenſum Polizzae obſcurum reddunt, contra eum, qui conditiones elocutus, interpretatio fiat, vel ideo neceſſe eſt, quia habet, quod ſibi imputet, qui non apertius locutus eſt, alter autem, quod plures ſenſus recipit, id ſuo iure accipere potuit in partem ſibi vtiliorem n). Et hoc etiam inter mercatores locum habere puto; ſolent enim o), imo et debent eſſe prouidi in periculo ſuſcipiendo p). Vltra habiles tamen terminos nec hic verba temere extendenda ſunt q), et ſecundum ſubiectam materiam periculum intelligendum r). Quod ſi verba quidem reſtrictiua videantur, ſed de mente laxiore contrahentium aliunde conſtet, mentis potiorem rationem habendam patet s). Putem quoque interdum ad aliarum linguarum paralleliſmum, et ſimilia iuris vocabula recurrendum eſſe t). Neque minus de mente contrahentium coniectura nonnunquam ex quantitate praemii capietur u). Imo etiam aliquando non tam ex inſtrumento, quod tantum vice probationis fungitur w), quam ex natura contractus pro re nata deciſio caſus alicuius dubii deſumenda eſt x).

a) § 13. in fin. ſub lit. *g*.
b) *de I. B. et P. l. 2. c. 16. §. 2.*
c) conf. *l. 19. pr. ff. de R. C.*
d) GROT. *d. c. 16. §. 3.*
e) Deciſ. Gen. *Dec. 206. n. 3.*
f) Deciſ. Gen. *Dec. 84. n. 3.*
g) MARQVARD. *de Iure Mercat. l. 3. c. 2. n. 6.*

h) de Aſſecurat. *gloſſ. 38. n. 1.*
i) vid. Dn. COCCEII Diſſ. *de eo, quod iuſtum eſt in dubio. Sect. 6. §. 4.*
k) STRACCHA *de Aſſecurat. gl. 28. n. 1.*
l) *de Aſſecurat. gl. 17.*
m) GROT. *de I. B. et P. l. 3. c. 20. §. 26.*
n) Sed conf. infra not. ſub lit. *n.*
o) conf. SANTERNA *de Aſſecurationibus P. 3. n. 17.*
p) conf. STYPMANN. *de Iure Marit. P. 4. c. 7. n. 315.*
q) conf. STRACCHA *de Aſſecurat. gl. 5. n. 2.*
r) Idem *gl. 15. n. 2. inf.*
s) vid. Dec. Gen. *Dec. 102. n. 2. ſeqq. Us et Couſtum de la Mer. P. 2. c. 13. art. 1. p. 309.*
t) STRACCHA *de Aſſecurat. gl. 16. n. 2.*
u) SANTERNA *d. P. 3. n. 34.*
w) conf. ſupr. §. 13.
x) STYPMANN. *d. P. 4. c. 7. n. 538. p. 153.*

XVII.

Notandum denique generatim de Stracchae, Santernae, aliorumque vetuſtiorum ICtorum, alias in Iurisprudentia Mercantili egregiorum, aſſertis, cautius aliquanto ea in hac Polizzae, et vniuerſa aſſecurationis materia accipienda eſſe, quia temporum et locorum rationes variant, eaque de cauſa praeſertim eos, qui longius a noſtro aeuo remoti, ICtos minus tuto hic allegari poſſe. Et ſane longe alia, et non ita, vt hodie, exaſciata aſſecuratorii contractus, et inſtrumentorum ſuper eo confectorum facies olim fuit a), et in Polizza praecipue tot vbique circumſtantiae, et neſcio quae plura alia, tam impreſſa ſunt, quam ſcripta adiiciuntur, vt antiquorum illorum ſententiae ſaepe minus veniant ad rhombum, aut ad modum Lesbiae regulae valde flectendae ſint. Sicuti in genere cum DD. autoritas vrgetur, probe res, perſonas, loca et tempora diſtingui intereſt b).

a) conf. ſupr. §. 8.
b) conf. Dn. PRAESID. Orat. *de Iuriſprud. et Ciuil. ſtudiorum nexu pag. 13.*

XVIII.

Multo minus Leges Romanae ſine multo delectu hic applicari poterunt a), et multiplici paſſim cautione opus, ne, quae ex natura ſua inter ſe differunt, opinionis errore confundantur b), et de caſu in caſum vni forſan caſui haud male applicanda audaciſſime trahantur: quod antiquis iſtis ICtis, qui Iuris Ciuilis amore quaſi faſcinati erant, interdum vſu venire eos inſpicienti facile apparebit; nec non plurima ob eandem rationem ſatis ſubtiliter ab iis diſputari, quae tamen ſaepius ad ſubſtratam materiam vix quadrent. *Adhibeatur* itaque in cauſis etiam mercatoriis, *non tam Ius Romanum, quam quae illo eximie explicatur, naturalis aequitas, ſed ſobrie, habita accurata iuris, cauſarum, circumſtantiarum denique omnium ratione. Quae vero ad decidendum vim ſuam non porrigunt, ob debilius ſolidae rationis robur, non niſi illuſtrandae rei, ſi huic fini inſeruire poſſunt, aptentur:* quemadmodum Magnif. Dn. PRAESES totidem fere verbis, quamuis de alio cauſarum genere, elegantiſſime docet c). Verum etiam eſt, quod Dn. THOMASIVS d) de argumentis, vt vulgo vocant, Legum tradit; *ſcilicet multos ICtos ſine ratione ſaepiſſime ad ea prouocare: inter illa vero argumenta, pleraque ita eſſe comparata, vt nec per torturam auctorum medius terminus vero ſimiliter ſaltem concludens poſſit elici.* Tutius forſan aliarum prouinciarum maritimarum obſeruantia, ſi vbique par et vniformis eſt, nec ſpeciali ratione nititur, in caſu dubio attenditur e).

a) vid. STYPMANN. *de Iure Marit. P. 4. c. 7. n. 733. p. 170.*
b) STRACCHA in Tr. *quom. in cauſis mercat. procedend. ſit. P. vlt. n. 2. p. 494.*
c) vid. Eius Diſſ. *de Vſu Iur. Rom. in decidend. Controu. Liber. Gent. §. 14.*
d) in not. ad Monzamb. *p. 89. not. f. in fin.*
e) STYPMANN. *d. c. n. 736.*

APPEN-

APPENDIX

Exhibens Polizzarum formulas adiectis ad loca nonnulla difficiliora notis.

I. Formula Polizzae, qua merces aſſecuratur.

WY Aſſeuradeurs hier ondertekent, beloven ende verobligeeren ons te verſekeren, en verſekeren ook aen u *Herr A*--- te weten, elk een van ons de Somme door hem hier onder geſpecificeert: *von H*-- *nach B*-- Ende geſchiedt deſe Aſſeurantie op *Wahren*-- bederf of onbederflijke Koopmanſchappen, a) gene uytgeſondert, toebehoorende als boven, in't geheel ofte ten deele, ofte jemand anders, ſoo geladen ofte noch te laden, in't Schip (dat Godt bewaer) genaemt *F*-- worauf Schipper iſt *G*-- ofte jemand anders. En ſoo de Connoſſementen b) deſe Police niet gelijk luyden, c) of dat gene daer van geteykent waren, d) ſoo ſal ſulks deſe Aſſeurantie in't minſte niet præjudiceren noch hinderlijk zijn. En met Conſens van ons Aſſeuradeurs taxeert e) den geaſſureerden voornoemde Koopmanſchappen op 1000. *Rth*.-- waermede wy te vreden zijn, al is't, dat deſelve meer ofte minder koſten, of waerdig zijn, ſo dat den geaſſureerden in Cas van Schade of Verlies (dat Godt verhoede) ongehouden ſal zijn, hier van eenig ander Bewijs of Reckning te toonen, als alleenlijk deſe Police. Conſenteeren ook, dat den geaſſureerden ſich ten vollen mag laten verſekeren, ſonder gehouden te zijn, de tien pro Cento, f) ofte eenigen Riſico te loopen, al is't dat de Ordinantien van Aſſeurantien anders melden. Want wy nemen vrywillig tot onſen laſte, allen bedachten en onbedachten Schaden of Ongelukken, ſoo gemelde Koopmanſchappen ſoude konnen of mogen overkomen, al

waer't ook, dat ſulks gebeurde door faute ofte verſuymniſſe g) van den Schipper of ſijn Volk, ofte door wat Actien en Prætenſien, ook eenig Ongeval, of confiſcatie het ſoude mogen procederen, het ſy van Vyanden of Vrienden, want wy ſtellen ons in alles ende tot alles in des geaſſureerden plaetſe, om denſelven te bevryen, en van alle Swarigheden, ſonder eenige Exceptie ſchadeloos te houden, ende dat op alle goede en quade tydinge: Beginnende den Riſico van de Uyre aen, dat gemelde Koopmanſchappen tot *H*-- van't Land geſcheyden, om aen Boort van't Schip gebracht te werden, en ſal dueren dat deſelve *zu B*-- wel geconditioneert op't Land gelevert h) ſullen zijn. Godt begleyde het in ſalvo.

i)

